



Sententiae Salomonis

<https://hdl.handle.net/1874/456555>

SENTEN-
TIAE SALOMO-

nis, iuxta Hebraicam ve-
ritatem, summa cura
reddita, Authore
Philip. Me-
lanch.

Lipsiæ per Nicolaum
Fabrum.

M. D. XXXI.

Ex dono. Hüb. Bürgely.

LIBER AD

LECTOREM, IACOB.
MICYL.

*Non minium, spiro ue crocum, non punice rasis
Candida de ueterum cornua merce gero.
Mendaces siquidem decet ista superbia libros,
Seq; peregrina uendere mundicie
Nudus ego superas uolui prodire sub oras
Dummodo sim uerus, sat puto cultus ero.
Non ausos recito cælum spirare Gigantes.
Nec Iouis in turpi nugor adulterio.
Quid faciat castos mores, quid pectora sana
Quo ueniat digne uita gerenda modo.
Hæc ego suscepi Lector studiose docenda
Hic scopus, hæc nostri summa laboris crit.
Hæc quondam ut posset regina audire Sabæa
Venit ab Austrino scæmina uesta polo.
Tantus erat uirtutis honos, ea gloria recti.
I nunc & croccis uendere numeribus.*

ILLVSTRI

SAXONIAE PRINCIPI, D.
IOANNI FRIDERICO &c.
PHILIPVS ME=
LANCHTHON.
S. D.



Vm viderē in tanta Librariorum licentia futurū ut scholia nostra in sententias, Salomonis dictata, publicarētur, res postulabat, ut erratis quae sunt in eo commentariolo non parum multa aliqua ex parte mederer. Neq; enim fieri potuit, quin in tam obscuris ac breuibus apophthegmatis multa interpretem fallerent, praesertim $\pi\sigma\omega\tau\omicron\pi\delta\sigma\omicron\upsilon$. Et recognoscere commentarium non sinebant Librarij, qui prius uidebantur edituri, quam nobis uel relegere uacasset. Nihilo foelicius et antea editi sunt aliquot commentarij mei, primum anteaquam maturuissent, deinde mutili, & plerisq; locis opificum incuria adeo deprauati, ut non agnoscam. Atq; meo sane iudicio inter huius seculi innumera mala, non postremum habet locum Typographorum impro-

A ij bitas di-

PRAEFATIO.

bitas dicam, an impudentia, qui cum citra delectum
 cudant edantq; omnia, unde lucri spes est, Deum im=
 mortalem, quantum incommodant rebus humanis.
 Nam ferè pessimos quosq; libellos, quia plurimos ha=
 bent emptores, orbi obtrudunt, quibus cum labefiat
 alicubi religio, opprimantur honestæ artes atq; lite=
 ræ, seuiatur in bonos uiros, publica tranquillitas per=
 turbetur, quid fingi potest perniciosius? Sed uale=
 ant illi ut merentur. Equidem putauit fidei meæ re=
 ferre, ut lecturis Salomonem, accuratius consulerem,
 posteaquàm id utcunq; uideor illius opusculi titulo
 pollicitus. Proinde Salomonem ipsum de integro ita
 Latine reddidimus, ut intelligi posset, id quod in ue=
 teri interpretatione desyderabatur. Feci autem hoc
 eo libentius, quod mereri libellus uidebatur, ut peni=
 tus cognoscerent ac ediscerent pueri. Nam & de pi=
 etate sanctissimas opiniones teneris pectoribus instil=
 lauerit, & de communibus moribus mire ciuilitè
 præcipit. Iam et ipsum auctorem circumferri malui
 quàm meum commentariolum. Præstat enim & ad
 conscientiam confirmandam, & ad formandum iu=
 ditium, cum Prophetis ipsis tanq; domi colloqui, quàm
 ex commentarijs sapere, qui ferè Prophetarum sen=
 tentias procul ostendunt, si tamen ostendunt. Et ut in
 interprete nihil possis deprehendere, tamè et hic iux=
 ta Prouerbiũ. Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ,
 Itaq; cum pro enarratione nostra, auctorem exhibeo
 ipsum

PHILIP. MELAN.

ipsum, nec uos χαλκεία χρυσείωρ commutatis, integrum enim Salamonis opus pro mutilo commentario, elaboratum pro extemporaneis adnotationibus, deniq; prophetias pro homunculi sententijs reponimus. Porro, ut obiter hoc etiam moneam, in uertendo hoc seruauimus, ut in ijs locis, qui de fide aut timore præcipiunt, & ad muniendam conscientiam pertinent, non modo sententias fideliter representauerimus, sed uerba etiam ferè adnumerauerimus. In ciuilibus sententijs, sunt enim non parum multæ πολιτικάι, fuimus liberiores, nec ubi lectorem obscuritas moraretur. Quid enim attinet interpretari, si intelligi nolis? Nec moror iudicia eorum, qui Iudaicam quandam superstitionem in uertendo requirunt, qui cum liberalibus & elegantioribus disciplinis, non sunt perpolluti, ne possunt quidem de ullo genere oratōis recte iudicare. Hoc ergo quicquid est operis, Illustriss. Princeps, tibi dedicare uolui, & ut studium tibi meum probarem, & ut adhortarer te ad pietatem interprete καὶ προξένω Salomone Par est autem hunc regem audire re officijs omnibus uitæ præcipientem, quem constat primum sapientia præstitisse regibus omnibus, omnium ætatum ac gentium, deinde nihil docere nisi uerbum Dei. Apud Homerum Agamemnon optat sibi decem σὺμφορέων Nestoris similes contingere, nam

PRAEFATIO.

huius prudentiam in primis suspiciebat. Quanto melius autem tecum agitur, cui Salomonis consuetudine frui licet, & cum tali symphradmone de rebus omnibus publicis ac priuatis, consultare ac commentari, qui multis modis Homericum senē uincit. Proinde si foeliciter cupis imperium gerere, & tales ad mitte uitæ magistros, & toto pectore religionem cole. Sic enim & diuinitus præceptum est, ut librum legis habeant in manibus principes, & ex eo se comparent. Falleris si humana industria, aut uiribus defendi posse imperij possessionem censes. Frustra conaberis omnia, nisi pietate Deum deuinxeris, qui cõsilia tua fortunet. Id subinde inculcat in his sententijs Salomo, & testantur minime obscuris exemplis Historiæ. Simul autem cum religione rem literariam tibi commendo, ut honestarum artium ac disciplinarum patrociniū suscipias, quæ hac turbulenta tempestate naufragium facturæ uidentur, nisi à Bonis principibus summa ope defensione fuerint. Nihil autem magis regium susceperis, quàm hanc prouinciã propugnandarum literarum, quæ cum religioni ornamento sunt, tum publicarum legum, & ciuilis discipline, & humanitatis scientiam continent. Quod uulnus iterum accipiet religio, ubi linguarum studium frigere ceperit, cum intelligi diuini spiritus uoluntas, nisi ex prophetico sermone non possit, & de sermone haud ferè iudicare queant hi, qui nostris literis non

PHILIP. MELAN.

teris non sunt excultri. Iam civilem disciplinam necesse est conuelli, nisi ijs artibus, quæ de uite officijs & communibus moribus præcipiunt, ad uirtutem luuenturis animi inuitentur ac instituantur. Nemo res publicas, siue religionem spectes, siue civiles mores, grauius læserit, quàm qui à studio liberalium artium iuuentutem retrahit. Est enim omnino uis earum opinionione uulgi maior. Quare aduersus praua iudicia imperite multitudinis, aduersus importunitatem indocte turbæ, aduersus uim atq; iniuriam à uestro ordine opem implorant, ad uos tanq̃ in portum quendam & perfugium se conferunt. Quid fuerit autem crudelius, quàm barbaro furori uulgi innocentes, immo optime merentes de rebus humanis prode-
re, ac perpeti ut opprimantur, ac deleantur. In fabulis est Mylæ Phrygum regi, q̃ de Musica non satis prudenter iudicasset, ab Apolline asininas aures ad-
ditas esse. Quantum autem, Bone Deus, in illo procerum uulgo Mydarum hodiæ habemus, qui nõ modo literas nullas norunt, sed contemnunt etiam, & nugas esse sentiunt, quas collusitantes in scholis ociosi homines commenti sint. O perniciosum errorem Nam si literas rebus humanis exemeris, exulare unà uirtutes omnes ac pacis artes continget. Quanto de sese predicant ipse Musæ apud Hesiodum rectius, cum affirmant se de grauiß. rebus agere, & uera bona mortalibus ostendere. Sic enim aiunt, id p̃d̃

PRAEFATIO.

Ἡ εὐ τ' ἐθέλω μιν ἀληθέα μυθίασθαι Ita-
 q; te publica utilitas commoueat, & tuarum gen-
 tium salus, quæ incolumis esse non potest, extin-
 ctis literis, ut eas aduersus improborum temeritatem
 fortiter defendas. Cum enim diuino beneficio nuper
 reflorescere ceperint, ne agnoscere quidem Dei li-
 beralitatem uideberis, nisi cœleste munus religiose
 conseruare contendas. Et cum hoc conatu in primis
 delectatur Christus, tum non alio offitio uberius de
 tuis gentibus mereri poteris. Neq; uero usquam so-
 licius collocari beneficium putes, quàm in has, cu-
 mulate enim bene merito gratiam reddent. Nam cum
 alumnae sint omnium uirtutum, caue putes in eas in-
 gratitudinem cadere posse. Quare Salomonem no-
 strum ita excipies, ut sentias te monitorem, & Do-
 ctorem religionis, & aliarum uirtutum domum ad-
 mittere, simulq; committi tibi honestarum artium ac
 literarum patrocinium. Id si susceperis, tum demum
 uere Principem ages. Quod si hoc munus Princeps
 abdicarit, cætera nihilo uerius, quàm scenicus orna-
 tus regem afficiunt. Habes autem & domestica ex-
 empla, quæ te ad res pulcherrimas accendere ac in-
 flammare possunt, quæ imitari ac sequi, pars que-
 dam pietatis est, & tyrocinium tuum, ac imperij ru-
 dimenta spem nobis faciunt, fore te honestis studijs
 præsidio, ac reipub. salutarem. Vale foeliciter.

Prologus

PROLO

GVS.



Ententiæ in omni-
bus linguis, sunt aut præcep-
ta breuia de moribus, aut ad-
monitiones de communibus ui-
tæ casibus, de breuitate uitæ,
de uarietate fortunæ, de perfidi-
a hominum, quales exitus
habeant recta facta, aut secus facta, quæ tamen ipsæ
sententiæ præcepta dici possunt. Sunt enim traditæ a
sapientissimis hominibus, et cõsuetudine comprobata,
tacite præcipiunt, quomodo gubernari casus illi uitæ
debeant, quorum mentionem faciunt. Possunt itaq;
in unaquaq; lingua præcepta à populo sententiæ, in
locos communes uirtutum, aut cognatos illis, tan-
quam in classes distribui. Ut ad beneficentiam perti-
net, Beneficium accepit, qui digno dedit, Ad amici-
tiam, Amicus certus in re incerta cernitur. Ad for-
tunam, Fortuna, quem nimium fouet, stultum facit.
Ad experientiam seu prudentiam, Discipulus est pri-
oris posteris dies. Sic etiam hæ sententiæ Salomo-
nis, uel in locos communes, uel in decalogum distri-
bui possunt, quoniam decalogus fons est omnium præ-
ceptorum. Principio autem monendi sunt lectores,
A v interesse

Prouerbio-
rũ utilitas.

PROLOGVS

interesse inter prophanas sententias, & has, quæ continentur in sacris literis, quia prophanæ sententiæ, cum pepererit eas humana ratio, tantum de ciuilibus moribus, aut de eiusmodi casibus, quos experientia ostendit, præcipiunt. Post enim ratio de ciuilibus moribus recte iudicare ex legibus naturæ, ex quibus, quia diuinitus animis hominum inscriptæ sunt, omnia honesta præcepta colligit. Multa enim experientia didicit, ut, Raros esse fidos amicos. Non esse diuturnam improborum felicitatem. Paucos in rebus secundis moderatos esse. Itaq; & de moribus, & de talibus uitæ casibus extant doctorum hominû præcepta, & sententiæ in omnibus penè scriptoribus. Multi etiam nihil nisi sententias scripserunt, quoniam putabant ad mores formandos nihil utilius esse, quàm huiusmodi breuia oracula semper ob oculos posita habere, ut Hesiodus, Theognis, Phocilides. Sed sententiæ in sacris literis non tantum præcipiunt de ciuili consuetudine uitæ, sed etiam de uoluntate Dei, de timore Dei, de fide, de cruce, de his locis quoniam iudicare ratio non potest, aut nullæ aut falsæ sententiæ in humanis literis inueniuntur. Nam, ut alia omittam, de cruce longe fallitur ratio. Neq; enim certo Dei consilio adfligi homines arbitratur, sed ad uersa temere accidere bonis & malis. Illud uero multo minus sentit, calamitates nobis utiles esse, & eos quos Deus adfligit, in primis ab eo diligi. Sed
sacræ

PROLOGVS.

Sacræ literæ docent primum adfligi homines certo Sacræ li=
 Dei consilio, sicut Paulus ait, Dum iudicamur, à teræ quod
 Domino corripimur, non ait temere id accidere. Et doceant.
 Christus negat passeres mori sine uoluntate patris.
 Deinde docent nos adfligi, ut uocemur ad pœnitentiam,
 quemadmodum ait Dauid, Bonum mihi quod humiliasti me,
 ut discerem iustificationes tuas. Et Paulus, cum iudicamur,
 à domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Itaq; in hoc libello Sa=
 lomonis sunt multæ Propheticæ sententiæ, de timore
 Dei, de fide, de cruce, de promissionibus, de commi=
 nationibus diuinis. Has sententias in primis oportet
 obseruare, quoniam in prophanis literis nullæ sunt
 earum similes. Deinde etiam ciuiliu moru præ=
 cepta, non omnino eodem modo tradunt prophanæ
 literæ & Propheticæ. Nam Propheticæ literæ ad=
 dunt plerunq; aut promissionem, aut comminationem
 præcepto. Ratio ipsa docet parentes esse colendos,
 sed Deus addidit promissionem, Si uis esse longæuus
 super terram. Hanc promissionem ratio non uidet,
 nec statuit à Deo puniri ingratos. Ratio iudicat tur=
 pe esse mendacium. Sacræ literæ addunt à Deo pu=
 niri. Sic enim ait Salomon, Abominatio coram Deo
 labia mentientium. Ratio sentit magistratibus obedi=
 endum esse, & penas publicarum legum metuen=
 das, sed addunt sacræ literæ, Deum ulcisci contume=
 liam magistratuu, etiamsi magistratus ipse ulcisci
 nequeat

PROVERBIA

nequeat, Sic enim ait Paulus. Qui magistratui resistit, iudicium acquirit. Similes sententiæ sunt aliquot in Salomane. Ita simul docent nos sacræ literæ ciuiles mores, & timorem Dei & fidem. Profani scriptores tradunt tantum præcepta morum ciuiliū, nec attingunt doctrinam timoris & fidei.

SENTENTIAE

SALOMONIS.

CAPVT I

Titulus operi additus est, cum propositio-
ne coherens
Propositio
autē sub-
monet, quæ
sit uis, quis
usus uerbi
Dei.

S Alomon Dauidis filius, rex Israelitarum, sententias cōscripsit, vnde discatur sapientia, castigatio, intelligentia, prudentia, iustitia, ius & rectum, vnde & calliditatem imperiti, & pueri scientiam & consilia petant.
Sapientes, vbi audierint, promouebunt, & cordati industriam consequentur, vt intelligant

SALOMONIS.

telligant sententias, interpretationem, sapientum consilia & exempla. *cet fidere nobis ipsis hic doce=*

Timor Dei scientiæ initium est. *tur timor*

Contra, sapientiam & eruditionem stulti adspernantur. *Dei.*

Audi fili paternam castigationē, & matris tuæ legem ne negligas. Nam ea demū capiti tuo pulcherrima bulla fuerit, & collo torques.

Fili, si te inuitauerint peccatores, ne obsequaris. Si dixerint, nobiscum ambules, infidiemur sanguini, abdamus nos, ut innocentibus exitium machinemur, & quem admodum inferi viuos absorbeamus, pro bos tanquam ruentes in voraginem. Mag nas opes reperiemus, ædes nostras spolijs locupletabimus, sortem tuam & inter nos

deijce, commune sit omnium marsupium. Mi fili, ne ambules cum eis, arceto pedem tuum ab illorum via. Nam pedes eorum ad exitium properāt. Frustra tenduntur retia volucris ob oculos, & isti sibi

mutuo insidiantur, nec vita eis inter ipsos in tuto est. Hic auari mos est, ne vitæ quidem alterius parcit.

Q VERIMONIA, Quemadmodum ubiq; dolent Prophetæ contemni Verbū Dei.

Sapientia

PROVERBIA

quasi dicat Sapiencia foris clamitat, in plateis vo-
Arenæ se- cem edit, multitudini præit, pro portis cla-
mina man- mitans, & in vrbe concionatur.
dant, aut, Quousq; tandem imperiti amabitis im-
Nō pfectu peritiam, & subsannatores sannis delecta-
ris littora mini, & fatui scientiam odistis? Aduertite
bob⁹ arāt. animum ad increpationem meam. Ecce
Nisi.n.re- spiritum meum vobis efflabo, sententiam
tia tegatur meam exponam. Cum voco vos, recusatis,
et arte al cum porrigo manum, nemo aduertit ani-
liciantur mum. Omnia consilia mea negligitis, & in-
aucs, nihil crepationem fastiditis. Proinde & ego in
egeris, sig calamitate vestra ridebo vos, cum subita
nificat igi- mala nihil tale metuentes perterrebunt.
tur frustra Tum vocabunt me, ego vero non exaudi-
esse cona- am, quærent non inuenturi. Nam oderunt
tus impio- scientiam, & timorem domini non elege-
rum, Deus runt. Fastidierunt consilia mea, & increpa-
n. non ad- tiones calumniati sunt. Itaq; fructus edent
spirat. operum suorum, & consilijs suis saturabun-
 tur. Nam imperitis exitio sunt illecebræ.
 quibus parum cauti capi solent, & fatuos
 secundæ res impiorum perdunt. Quisquis
 me audierit, securus erit in tranquillo.

Finis Primi Capitis.

Caput

CAP. II.

ADHORTATIO.

Fili, si acceperis verba mea, & mandata mea apud animum reposueris, vt auscultes sapientiæ, accommoda cor, vt probe intelligas. Nam si postulaueris intelligentiam, eamq; accersieris, si velut argentum quæsieris, & inuestigaris tanquã thesauros intelliges timorẽ domini & Deũ cognosces

Deus enim ex ore suo sapientiam & scientiam, & intelligentiam largitur, Rectis dat successum. Protegit probos. Ius tuetur. Et iter sanctorum suorum custodit. Ita deum intelliges iustitiam, ius, recta, & bonas vias omnes.

*Consilia et
successum
à deo esse.*

Si sapientiæ studium te tangit, & scientia placet tibi, consilium seruabit te, & intelligentia custodiet te, eripietq; a mala via, & a viro peruersa loquente, & ab ijs qui regiam viam relinquunt, & in tenebris ambulat, qui scelere & peruersitate gaudent, quorum peruersæ viæ sunt, quos ipsorum via arguit desertores esse.

Eripiet item sapientia te a muliere aliena, quæ se blandicijs venditat, & relicto
pristino

PROVERBIA

In scortati pristino marito, pacti diuini obliuiscitur.
 onem acer Nam ruinam minatur domus eius, & via
 rime inue= eius ad interitum ducit. Quotquot ad eam
 hitur, do= accedunt, pereunt. Propterea viam bonam
 cetq; caue insisto, & viam iustorum obserua. Recti in
 ri nō posse, terra perdurabūt, & probi in ea superstites
 nisi munia erunt. Impij e terra extirpabuntur, & fun=

mur, Ver= ditus delebūtur quotquot contemnunt deū
 bo Dei,

CAP. III

Παραίνεσις.

Verbū ad= **F**ili, ne capiat te obliuio legis meæ, &
 fert uitam, præcepta mea infige cordi tuo, proto=
 Deut, VIII gabunt enim vitam tibi, & pacem fœ=
 Item, xxx. licitatēq; adferent. Misericordia & veritas
 non deserent te.

Suspende hæc a collo tuo, inscribe tabu=
 lis cordis. Inuenies enim gratiam & fœli=
 cem prudentiam coram deo & hominibus.

PRIMUM.

Δεκαλό= Fide Deo toto corde.

γου δ'ζη= Et prudentiæ tuæ ne innitare.

γκσις, II.

Quacunq; ingredieris, agnosce eum.

Ita fiet, vt ipse regat gressus tuos.

Non con=

SALOMONIS.

III.

Non confidas sapientiæ tuæ.

Time Deum, & recede a malo, Id umbi-
lico tuo salubre est & rigat corpus.

*Agnosce
esse dei do-
na, que p-
ueniunt. nã*

III.

Honorem habe Deo de substantia tua,
& de principijs omnium prouentuũ tuorũ.
Ita fiet, vt horrea tua impleantur ad facie-
tatem vsq̃, & torcularia musto exudent.

*id significa-
tũ est ritu
offerenda-
rum primi-
ciarum.*

V.

Castigationem Dei ne repudies, & ne
stomacheris, cum corripuerit te. Quem
enim diligit Deus, hunc castigat, eoq̃ ve-
lut pater filio delectatur.

Dcu. xxvi

*Commẽda-
tio crucis.*

Beatus est qui sapientiam inuenit, & qui
cõsequitur intelligentiam. Melior est enim
fructus eius quam argenti, & auro prouen-
tus eius vberiores sunt, præstat gemmis, &
preçiosa omnia vincit, vite prorogatio est
ad dextram eius, ad sinistram diuitiẽ & glo-
ria, via eius amabilis est & foelix. Hæc lig-
num vitæ est, cuiuscunq̃ contigerit, & bea-
tus est, quisquis eam nactus fuerit. Deus
sapientia fundauit terram, & condidit cœ-
lum intelligentia, & scientia eius abyssi de-
riuantur, & nubes rorem pluunt.

*Exclama-
tio, q. d. pa-
ucos esse q̃
sentiãt cru-
cem utilem
esse, proim-
de uocat be-
atos q̃ ita
sentiãt.*

*Vitã in ip-
sa etiã cru-
ce p̃mittit*

Fili, huc defige oculos, ne successum &

B

Consi.

PROVERBIA.

consilium amittas. Hæc vitam animæ sup-
peditant, & ori gratiam. Securus ambula-
bis in via, nec pes impinget. Cum dormi-
es non terreberis. Quoties ieris cubitum,
suauiter dormies, nec metues subita mala,
& impiorum tumultū. Deus enim tuebitur
te, & custodiet pedem tuum, ne capiare.

DE CHARITATE PRAECEPTA.

VI.

Ne recusa benefacere alijs, si a Deo sup-
petit tibi vnde largiri possis.

VII.

Id est. Bis Ne dic proximo tuo, Abi, redi, cras da-
dat, qui ci- bitur, cum modo possis gratificari.
to dat.

VIII.

Ne machinare proximo malum, qui abs-
te nihil metuit.

IX.

Ne litiga frustra cum homine qui te non
læsit.

X.

Psal. 36. Ne emulare hominem iniustum, nec eli-
ge vitam eius, Quia abominatur Deus de-
sertorem, & familiariter versatur cū rectis.
Domui impij maledicit Deus, Sed habi-
taculis iustorum benedicit.

Subfannatores subsannat. Et humilium
miseretur. Hæredi

SALOMONIS.

Hereditas sapientum gloria. At exaltatio fatui ignominia est.

CAP. III.

Avdite filiū paternam castigationem, & adiſcite animum ad cognoscendā intelligentiam. Doctrinam enim bonam vobis propono, legem meam ne relinquite. Fui & ego patris mei filius, & inter filios matris tenerrimus & vnicus, docuit me & dixit.

Si doctrinā meā amplexus fueris, & præcepta mea custodieris, viues. Compara sapientiā, compara intelligentiā. Ne obliuiscere, ne discede a sermone meo. Seruabit te, si nō deserueris, custodiet te si dilexeris.

Præ omnibus fructibus sapientum compara sapientiam, & præter facultates tuas intelligentiam posside. Quod si eam magni feceris, te vicissim exaltabit. Si fueris eam amplexus, vicissim te glorificabit, ornabit & coronabit.

Audi fili, & sermonem meum accipe,

B 2

vt pro-

Rursus instituit adhortationē subinde idē inculcans, & suo more rhetoriciatur.

Mundus fructus sapientie uitā, successum & c. amat, sapiētia nō itē.

PROVERBIA.

vt prorogetur tibi vita. In semitam sapientia, & in regiam viam deducam te, vbi iter facies non angeris, nec rues cum cures.

Perdura in castigatione, ne defatigeris, obserua eam, vitam enim adfert tibi. In semita impiorum ne versare, nec incede in via malorum, sed deuota eam, nec per eam transeas, deflecte ab ea & præteri. Neq; enim dormire possunt, nisi malum aliquod facinus perpetrarint. Nec capiunt somnum nisi ruinam fecerint. Victitant enim pane impie quæsito, & vinum bibunt iniuste partum. Via iustorum sicut lux inclarescit, quæ subinde fit illustrior, ad medium vsq; diem. Via impiorum ceu caligo est, nesciunt vbi ruant.

Præcepta de sermone oculis & incessu. Fili, aduerte animum ad sermonem meum, ad sermonem meum inclina aures tuas, iu hunc defige oculos adserua in corde tuo. Vitam enim adfert ijs qui inuenerint eum, & est salubris omnibus. Summa cura custodi cor tuum, inde enim vita egreditur.

Os. Depone peruersos sermones, & blasphemata labra remoue abs te.

Oculi. Ne passim vagentur oculi, sed recta te præcurrant.

Recta incede, & viæ tuæ rectæ sint.

Nec de

SALOMONIS.

Nec declina ad dextram aut sinistram.

Deflecte a malo.

CAP. V.

Fili, animaduerte sapientiam meam,
 aures accommoda prudentiæ, vt ob-
 serues consilia, & custodias scientiam.

Stillans fauus est scorti os, & mollius est *De Scors*
 quàm oleum collum eius, Verum postrema *tatione*.
 amara sunt velut absynthium, & acuta ceu
 gladius, pedes eius ad mortem descendunt,
 & ad inferos properant gressus eius. Non
 recta incedit in uitæ semita, vagi sunt gres-
 sus eius, quos nec ipsa agnoscit.

Proinde fili ausculta mihi, nec a sermo-
 ne meo discede, viam eius procul fugito, *Prodigali-*
 nec accede ad fores ædium eius. *tas etiã uer-*

DE PRODIGALITATE. *bo Dei dã-*

Ne des alijs facultates tuas, & annuos *nata. Cru-*
 proventus tuos ne effundas in crudeles, ne *deles uo-*
 opibus tuis alieni ditescant, & pecunia tua *cat, q̄ simus*
 in alienas ædes transferatur. Tandē enim *lāt amicitia*
 gemes, vbi victum tuum consumpseris, ac *ã sui cõmo-*
 dices, Cur odi castigationem, & increpa- *di gratia.*

B iij tionem

PROVERBIA

tionem subfannaui, nec magistris auscultau, nec aures prebui ijs qui meliora docebant, pene obruerunt me omnia mala cum in conciliabulis hominum versarer.

DE VSV RERVM.

proprium.

Ita admistres re familiarē, ut & conserues & cum alijs communi = Bibe aquam e tuis fontibus, & tui fontis riuulos bibe. Fontes tui foras deriuentur, & riuus promanent in plateas. At tu dominus esto horum solus, non alieni tecum benedicentur enim fontes tui.

DE CONIVGIO.

ces, ut in E phesijs Paulus docet. Exhilareret te vxor, quam adulescens ducis, ceu iucunda cerua, & venustus hinnulus Illius te amor perpetuo exaturet, & amore eius semper frueri.

DE SCORTATIONE.

Cur seduceris fili mi a scorto, & alienam amplecteris mulierem? Non procul oculis Dei sunt viæ hominum, is omnes eorum semitas considerat. Sua ipsius improbitate impius capitur, & suis laqueis irretitur Moriatur cum non sit castigatus, eritq; ei exitio ingens stultitia.

Cap.

SALOMONIS.

CAP. VI.

Flli, si pro altero sponderis, obstrin-
xisti fidem tuam, irretitus es tuis ver-
bis, captus tuo sermone. Proinde fac
vt expedias te, posteaquam in manus pro-
ximi incidisti, vade, curre, insta, pximo tuo
ne cōcedas somnū oculis, neue obdormiāt
palpebræ. Euade velut e manibus venato-
ris caprea solet, aut auicula e manibus au-
cupis. **DE LABORE.**

*Spōte non
xa prestō
est, iubet
aut tū diffi
dere tū res
proprias
cōseruare.
iuxta regu
lam. ij. Co-
rinthi. viij*

Abi piger ad fornicam, cuius contem-
plare morem, vt sapiens fias. Illa tamen
nec principem, nec præfectum, nec ducem
habeat, tamen æstate cibum parat, & col-
ligit in messe alimentum. Quandiu piger
dormies? Ecquando a somno surges? pau-
lum modo, inquis, dormitabo, paulum mo-
do somno vacabo, paulum modo conse-
ram manus, & componam me ad recum-
bendum. At interea ceu viator veniet ino-
pia, & obruet te paupertas, ceu latro.

DE CONTENTIONVM.

authoribus.

Nihili homo, vir iniquus ore peruerso in-
cedit. Fingit vultum ac incessum, digitis

B iij

gesticū

PROVERBIA

gesticulatur, peruerso corde, malum semper molitur, & contentionū auctor est. Proinde mox obruetur calamitate, conteretur quibus, neque quisquam ei mederi poterit.

Hæc seæ odit Deus, septimum etiã plane abominatur. Superbos oculos, Mendacem linguam, Manus quæ innocenter sanguinem fundunt. Cor iniqua consilia machinans. Pedes qui properant ad mala. Testemédacē. Auctore dissensionis inter fratres.

DE ADVLTERIO.

Fili, præcepta patris obserua, & legem matris ne reiicias, alliga ea cordi tuo, & adnecte gutturi. Cū ambulaueris ducent te, cum dormies excubabunt super te, & cum surges eloquere ea. Est enim præceptum, lucerna, & lex lumen, & vitam adfert increpatio & castigatio. Memineris præceptorū vt custodiant te a scelerata muliere, & a blanda lingua scortī. Ne pulchritudine eius inflammeris, neue capiant te oculi eius. Caprat enim scortum frustum panis, adultera vitæ etiam insidiatur.

*Contagio
mali.*

Vt fieri nequit, quin adurat uestem, quisquis ignem in sinu fouerit, & pedes haud dubie læserit, quisquis supra carbones incesserit, Ita quisquis ad alterius vxorē accesserit

SALOMONIS.

cesserit, quisquis attigerit, feret infortuniū.

Non est probro furi, cum esuriens furatur, vt vitam sustentet. Nam deprehensus vel septuplum, aut rem familiarem suam vniuersam rependerit. At stulti cum mochantur, vitam amittunt, plagam & dedecus auferunt, nec ignominiam vnquam abolerere possunt. Nam apud virum, cum zelotypia vritur, non est veniæ locus, sicubi vlcisci datur, nec ignoscet, vt maxime placare coneris, nec muneribus, quamuis multa offeras, flecti se patitur.

*A iudicio
Dei graui
us quā fu=
res multa=
ri moribus*

CAP. VII.

DE ADULTERIO.

Fili sermonem meum serua, & præcepta mea manda memoriæ. Quod si seruaaueris præcepta mea, & legem meam velut oculorum pupillas, vita tibi continget, age suspende ea a digitis tuis, inscribe tabulis cordis tui. Complectere sapientiam tanquam sororem, & intelligentiam tanquam amicam, vt custodiant te ab aliena muliere, a scorto quod blandicijs tibi insidiatur

B v diatur

PROVERBIA

diatur. Equidem cum per fenestram ædiū
 mearum per cancellos prospicerē, vidi in-
 ter imperitos adulescentem stultum, crepus-
 culo transeuntem in platea ad angiportum
 non procul a scorti ædibus. Ecce ibi occur-
 rit ei mulier meretricio habitu, fraudulenta
 clamosa, male morata. cuius pedes domi
 nunquam quiescunt, & quæ insidias struere
 solet domi, foris, in vicis omnibus. Hæc am-
 plexa iuuenem dissuauiat impudenter,
 & inquit. Sacrum hodie feci, quare prodij
 vt quærerē te, ac occurrerem tibi, bene ces-
 sit, inueni te, lectum ornaui varie, & con-
 strauxi ægyptijs tapetis, frondibus, myr-
 rha, aloe & cynamomo. Ades, amorī
 indulgebimus in crastinum vsq̃, amore nos
 exhilarabimus. Neq̃ enim domi maritus
 est, sed procul abiit, accepto secum viatico,
 nec certum est quando sit rediturus.

Iuuenis multis illecebris & blandicijs ex-
 pugnatu ac perpulsus, sequitur, & ceu ad
 lanienam bos, ac velut cōpedibus iniectis
 quibus fatui vincti coherentur, pergit, do-
 nec telo iecur ictum findatur, & perinde at-
 q̃ auis ad laqueum properat, ignorans se
 insidijs excipi.

Proinde filij audite me, & animaduerti-
 te verba

SALOMONIS.

te verba mea. Ne expatietur ad vias eius cor tuū, neue ingrediare semitis eius. Multos enim sauciauit ac strauit, & omnes fortes iugulauit. Domus eius viæ inferorum sunt, istac ad mortem iter est.

CAP. VIII.

προφητικὸς λόγος.

Rursus instituit adhortationē subinde eadem inge-

Nonne sapientia clamat, & intelligens. *minans.*
 tia edit vocem, in summis verticibus, in via inter semitas stans, iuxta portas ciuitatis in foribus clamat. *Verbū dei conspicuū*
 Vos voco viri, vox mea ad filios Adam, intelligite imperiti astutiam, & fatui resipiscite. *Et ob oculos esse debet omnib.*
 Audite, loquar enim conspicua, & aperiam labia vt recta doceam. Quia veritas loquetur guttur meum, & abominantur labia mea impium. *ut Deute. vi. mandatum est.*
 Iusti sunt omnes sermones oris mei. Non est in eis peruersum ac subuersio. Plani sunt prudentibus, & recti sunt scientiam sectantibus. Accipite castigationem meam præ argento, & scientiam præ auro electo. Quia melior est sapientia margaritis, & omnia iucunda non possunt ei conferri. *Ego sa-*

PROVERBIA.

Ego sapientia adiungo mihi astuciam & scientiam consilij.

Timor Dei odium est mali, superbiam & arrogantiam, & viam malam, & os peruerum odi.

Penes me consilium, & successus est. Ego intelligentia sum, penes me est potentia. Per me reges regnant, & principes constituunt iusta. Per me domini dominantur, & regnant omnes iudices terræ.

Ego diligentes me diligo, & quærentes me. Diuitiæ & gloria penes me. Opes duraturæ & iustitia. Melior est fructus meus auro & obrizo, & prouentus meus argento electo. In viam iustam duco, & in semitas iudicij, ut recte ditem diligentes me, & thesauros eorum cumulem.

Verbipotē Dominus possedit me initio vitæ suæ, ante
tiam crea- te opera eius eram. Ab ætherno ordinata
tione pro- sum, ab initio ante terram. Nondum abyssi
bat. erant cum formarer, nondum fontes aquis
 redundabant. Priusquam montes submersi
 sunt aquis, & ante colles formata sum, Nō
 dum fecerat terram, & fines eius, & verti
 ces puluerem orbis, cum celum erigeret,
 ibi ego eram. Cum circulum constitueret
 abyssu, cum nubes desuper firmaret. Cum
 fontes

SALOMONIS.

fontes abyssi conderet, cum poneret mariterminum, & aquis ne prætergrediantur locum suum. Cum constitueret fundamenta terræ, aderam, adiutabamq̃, sum in delicijs eius quotidie, ludo coram eo semper, ludo in orbe terræ eius, & delecto filios hominis.

Nunc itaq̃ filij audite me, Beati qui vias meas obseruant. Audite castigationem, & sapite, & negligite, Beatus qui audit me, & aduigilat ad fores meas quotidie, ad obseruanda limina ianuarum mearum. Vitam enim inuenit, quisquis me inuenerit, & hauriet voluptatem a Domino, Qui peccarit in me, iniurius est animæ suæ. Quisquis odit me, mortem diligit.

CAP. IX.

Sapientia edificauit domum suam, dolauit innumeras columnas, mactauit victimas, & fudit vinum, & instruxit mensam suam. Misit puellas suas vocatum ad arcem excelsam ciuitatis. Imperiti huc declinent. Et stultis dixit. Venite, comedite panem

PROVERBIA.

te panem meum, & bibite vinum, quod misit
cui vobis.

Si reliqueritis imperitiam, vita contine-
get vobis, & ingredimini in viam intelligentie

Qui castigat subsannatorem, ignominia
adfitietur. Et corripiens impium, conta-
minabitur.

Conuenit
cum senten-
tia Christi.
Ne detis
quod san-
ctum est ca-
nitibus.

Ne corripe subsannatorem, ne oderit te

Si corripueris sapientem, diliget te.

Da sapienti, & sapientior erit.

Si docueris iustum, cordatior erit.

Initium sapientie timor Domini, & in-
telligentia est sancta cognoscere. Nam per
me vita prorogatur, & augentur anni vite.

Si sapueris, tibi sapuisti, & si subsannaue-
ris, tu feres.

Mulier fatua, clamosa, blanda & igna-
va sedet in foribus domus sue, in sella excel-
sa urbis. Vocat pretereuntes, & qui recta
incedunt. Imperiti huc declinent. Et stul-
tis ait. Aquae furtivae dulces sunt, & panis
clandestinus iucundus est. Nec scit quod
mortui ibi sint, & in profundo inferno con-
uiuiae eius.

FINIS ADHORTATIO

num, quas Procemij vice ope-
ri praeposuit,

Caput

SALOMONIS.

CAP. X.

Hic primū
incipit tex
ere catalo
gū senten-
tiarum.

I.
Sapiens filius patrem gaudio adficit.
At stultus filius matrem adfligit.

Promittit
pijs bona.

II.
Non profunt thesauri impio.
Iustitia vero liberat a morte.

III.
Non perdet Dominus fame animam iusti.
Improba consilia impiorum perdet.

Præcipit
laborem.

III.
Egestatem adfert manus ociosa,
Sed manus sedulorum ditat.

V.
Qui colligit in æstate prudens est.
Qui dormit in messe confunditur.

VI.
Benedicetur capiti iusti.
At impios iniuria ab ipsis cōcepta obruet.

Promittit
pijs bona.

VII.
Memoriæ iusti benedicetur.
Sed impiorum nomen fordebit.

VIII.
Sapiens corde accipiet præcepta,
At stultum os vapulabit.

Secure

PROVERBIA

IX

Nō est pax Secure ambulat probus.

impijs. Et qui vias suas peruertit, deprehēdetur

X.

Ni caueris Fingens vultum damnum dabit.

hypocrita Stultum os vapulabit.

fallet te.

XI.

Vena uitæ, os iusti.

Os impiorum iniuriā obruet,

XII.

Noris, non Odium excitat contentiones,

oderis. Et omnia delicta tegit charitas,

XIII.

Narrē sol In labijs sapientis inuenitur sapientia,

mann mit Et virga in tergo stulti.

kolbē lau=

XIII.

sen.

Sapientes scientiam seruant,

Os stulti accersit sibi perniciem.

XV

Gut macht

muth.

Opes diuiti sunt arcis vice,

πλοῦτος

Inopia vero pauperi animum minuit.

ἕβριμ.

XVI.

Impiorum Opus iusti adfert vitam,

consilia nō Prouentus impij peccatum.

succedunt.

XVII.

Crucē con

Perferre castigationem, ad vitam cōducit,

mendat.

Et deserens increpationem, errat.

Diffimua

SALOMONIS.
XVIII.

Diffimulant odium mendaces,
Stulti conuitium faciunt.

XIX.

Garrulus non vitat peccatum.
Prudens est qui labia sua frenat.

XX.

Lingua iusti est præcipuum argentum,
Cor impium nihili est.

XXI.

Labia iusti multos pascunt,
At stultis exitio est stultitia.

XXII.

Benedictio domini diuites facit,
citra molestiam.

XXIII.

Cum scælus perpetrat stultus ridet,
Id vero animaduertere, sapientia est.

XXIII.

Accident impijs quæ metuunt.
Iustis contingent quæ desyderant.

XXV.

Impius ceu tempestas præterit,
At iusti fundamentum perpetuum est.

XXVI.

Ceu acetum dentes, & fumus oculos lædit,
Sic piger eos qui miserunt eum cruciat.

ἄχαλι=
νωρσομα
τωρ τέ=
λος δ'υση
χία.

Promittit
bona pijs.

Impij ridēt
iudiciū dei

Plautus, fa
mes & mo
ra cient bi
lem in na=
ribus.

C Timor

PROVERBIA.

XXVII.

Timor domini prorogat vitam,
Et anni impiorum breues sunt.

XXVIII.

Iustos læta manent,
Et spes impiorum perit.

XXIX.

Via Domini addit animum probis,
Frangit animos malis improbitas.

XXX.

Iustus perpetuo non euertetur,
Et impij nõ erunt superstites in terra.

XXXI.

Os iusti propagabit scientiam,
At lingua peruersa perit.

XXXII.

Labia iusti meditantur bona,
Sed os impiorum peruersa meditatur.

CAP. XI.

I.

*Et cõtume
liosi sunt
superbi, et
uicissim cõ
tinnctur.* **L**ibram iniustã abominatur dominus,
At pondus iustum delectat eum.

II.

*Et cõtume
liosi sunt
superbi, et
uicissim cõ
tinnctur.* **S**uperbiæ comes est contumelia,
Sed apud modestos est sapientia.

Integris

SALOMONIS.

III.

Integritas rectorum deducit eos,
Exitio est impijs deflectere a iure.

III.

Non profunt diuitiæ in die iræ,
At iusticia liberat a morte.

V.

Iusticia integri dirigit viam eius,
At in impietate sua cadit impius.

VI.

Iusticia rectos liberat.
Et in improbitate sua capiuntur scelerati.

VII.

In morte hominis impij, perit spes,
Et expectatio impiorum perditio est.

VIII.

Iustus eripitur ex aduersitate,
Et pro eo perit impius.

IX.

Ore simulator euertit proximum suum,
Sed iusti deprehendunt ac liberantur.

X.

Cum florent iusti, gaudet ciuitas,
Et in perditione impiorum lætatur.

XI.

Benedictione rectorum fortunatur ciuitas,
At impiorum consilijs euertitur.

Ἰδὲ κακῆ
βούλη.
τῷ βου-
λεύσαντι
κακίαν.

Altera ma-
nu lapidē
altera pa-
nē. Nec ui-
rib. nec cō-
silijs nos-
tris, sed be-
nedictione
diuina ser-
uāda resp.

C ij

Qui

PROVERBIA

XII.

Qui famam proximi lædit, stultus est,
At vir intelligens tegit probra.

XIII.

Vis nõ ser Sufurro reuelat arcanum,
uat Resp. At qui fideli animo est, rem tegit,
sed cõsiliũ

XIII.

πολιτεία Sine gubernatione corruiit populus,
et q̄ ait Salutem adferunt multi consultores.
multi cõsul

XV.

tores. Male affligitur qui sponderit pro alio,
Et qui vitat stipulationes, securus est.

XVI.

Propertius Mulier quæ honorem tuetur, gratiosa est,
Ampla sã- Fortes sunt, qui diuitias augent,
tis forma,

XVII.

pudicitia, Beneficus suum ipsius genium defraudat,
Verũ ami- Crudelis propinquo damnũ etiam dat.
ci officium

XVIII.

Impius opus facit irritum .

At qui ferit iusta, mercedem perpetuam

XIX,

(consequetur

Iusticia conducit ad vitam,

At qui sequitur malitiã mortem accersit

XX.

Abominatur Dominus cor peruersum,
Et placent ei probi.

Mali

SALOMONIS.

XXI.

Mali vt inter sese fufpirarint, nō elabuntur.

Semen iustum euadit.

XXII.

Mulier formosa quæ immodesta est, nō dif- *Ampla fa-*
similis est porco, naribus aureum torquem *tis forma*

XXIII. (gerēti. &c.

Defyderium iustorum placet Deo,

Sed expectationi impiorū succenset de⁹.

XXIII.

Quidam largiuntur, & tamen ditescunt, *Liberalib⁹*

Quidam parci, quanquam magnas opes *benedicit*

habuerint, subinde pauperiores fiunt. *Deus.*

XXV.

Qui liberaliter benedicit, impinguatur.

Qui inebriat, inebriatur.

XXVI.

Qui non communicat frumenta, ei maledi- *Facite uo-*
cetur in populo. *bis amicos*

At benedicetur vendenti.

de māno-

XXVII.

na.

Bona eueniunt bona confectantibus,

Mala accidunt mala quærentibus.

XXVIII.

Qui confidit diuitijs suis, corruet,

Et iusti ceu folium virebunt.

XXIX.

C iij

Qui

PROVERBIA

Discordia summæ res dilabuntur Qui perturbat domū suam, ventos accensit
Et stultus sapienti seruiet.
XXX.

Nihil melius clemētia Fructus iusti est lignum vitæ,
Et capit animas sapiens.
Cum iusti adfliguntur Cum iustus in terra perfoluat,
Quanto magis impius & peccator?

haud dubie nō ignoscetur impijs.

CAP. XII

Crucis cōmendatio. **Q**ui diligit castigationem prudentis
At q̄ odit disciplinā, stultus ē (or erit)
II.

Tametsi coram mūdo patitur, Bonus haurit voluptatem a Deo,
Sed vir scelestus damnabitur.
III.

Deus tamē consolatur Impietas nulli prodest,
At iustorum radix non commouebitur.
III.

Mulierem decet esse Mulier sedula corona est viri,
At illaudata mulier tabefacit ossa,
ο κρησση et
V.

custodem rei familiaris. Cogitationes iustorum iudicia sunt,
Industria impiorum fraus est.
VI.

Verba

SALOMONIS.

Verba impiorum insidiantur sanguini,
At os iustorum liberat.

VII.

Euertentur impij, & non erunt,
At iustorum domus durabit.

VIII.

Propter prudentiam suam laudabitur vir,
At iniquus pudefiet.

IX.

Homo abiectus qui suum officium facit.
Præstat gloriosa qui pane indiget.

X.

Agnoscit iustus iumentorum suorū animas
At cor impiorum crudele est.

XI.

Qui agrum suum colit, satur erit panum,
At qui sectatur ocium, stultus est.

XII.

Exitium venantur impij, quidquid desyderat
At iustorum radix ferax est.

XIII.

Prauis labijs capitur malus,
Sed euadit ex aduersitate iustus.

XIII.

Ex fructu oris quisq; saturatur bono,
Et retribuetur homini iuxta opera sua,

XV.

πῶς τὰ
ἐλάχες
ταύτων
κόσμου.
Nulla re
abutitur
iustus.

σὺ ἄρα
ταρ ἐλά-
χες σς.
ἦδε κακὴ
βουλή etc

PROVERBIA

Via stultī recta est in oculis suis,
At sapiens consilium audit.

XVI.

Stultus statim prodit iram suam,
At dissimulat iniuriam callidus.

XVII.

Veraces iusticiam palam faciunt,
Mendax testis fallit.

XVIII.

Plures ne-
cat lingua
quā gla-
dius.

Temere loqui perinde est ac gladio fodere,
At sapientum lingua salubris est.

XIX.

Mendacē
oportet me-
morē esse.

Verax labium firmum est semper,
Et mox variat mendax lingua.

XX.

Ἦσ'ε κακή
βούλη.

Qui machinantur mala, frustrantur,
Et gaudium comitatur eos qui pacata

XXI.

consultunt

Non accidet iusto dolor,
At impij obruentur malo.

XXII.

Metiri se
quenq; suo
modulo ac
pede verū
est.

Abominatur dominus mendacia labia,
At veraces placent ei.

XXIII.

Non ostentat homo callidus scientiam,
At cor stultorum prædicat stulticiam.

XXIII.

Sedula

SALOMONIS.

Sedula manus dominabitur,

Ociosa sub tributo erit,

XXV.

*predicatur
labor ac di
ligentia.*

*Euangelio
eriguntur
cōscientiæ*

Sollicitudo animum cruciat.

Bonum verbum exhilarat,

XXVI.

Iustus foelicior est proximo,

At via impiorum ipsis exitio est,

XXVII.

Negotiatio ociosi non est foelix,

At seduli ditescunt.

XXVIII.

In femita iusticiæ vita est,

Et in via plana non est mors.

*Successus à
Deo est*

*Diligentiã
præcipit.*

CAP. XIII.

I.

Filius sapiens eruditionem paternam sustinet
At subsannator non audit increpationem

II.

De fructu oris vir bonus adficietur,
Et anima contemptoris malis adficietur.

III.

Qui custodit os suum, custodit vitam suam
At qui temere aperit labia sua, terrebitur.

C V

Cupit

PROVERBIA

III.

Diligentiā Cupit piger & eget,
præcipit. Anima sedulorum faginabitur.

Impiis uo=
luptas est V.

alienam fā Mendacium odit iustus,
mā ledere At impius confundit & maledicit.

VI.

Benedictio Iusticia seruat probos,
domini for Et impietas deflectit ad peccandum.
tunat opes VII.

Gut macht Diuites quidam sunt tametsi nihil habeant
muth. Pauperes alij sunt, tametsi magnas opes

Gloria iu=
storum est VIII. habeant.

foelix. Redimitur vita diuitijs,
Et egenus non perfert increpationem.

IX.

Cōsulti in=
ter se ce=
dūt, cōdo=
nāt, ut pa=
cē seruent. Lux iustorum gaudium adfert.
Et lucerna impiorum extinguetur.

X.

Parsimoni Et apud consultos sapientia est.

XI.

a magnum Opes prodigalitate minuuntur,
uestigal, Et parsimonia augentur.

XII.

Etiam cele Expectatio dilata cruciat,
ritas in de Et linguū vitæ est si presto adsit quod cupis

ra est.

Qui con

SALOMONIS.

XIII.

Qui contemnit verbum, male habebit,
Qui timet mandatum pace fruetur.

XIII.

Institutio sapientis, fons vitæ est, ad vitandos laqueos mortis.

XV.

Fœlix prudentia iucunda est,
At via contemnentium aspera est.

XVI.

Omnia facit callidus cum iudicio,
Fatuus stulticiam prodit.

XVII.

Nuncius impius conſiciet in mala,
Legatus verax salubris est.

XVIII.

Egestas & ignominia penes eum est, qui castigationem negligit,

At qui obseruat increpationes, honore adſicietur.

XIX.

Præſens voluptas delectat animum,
Et abominatur fatui declinantem a malo.

XX.

Qui cum sapientibus verſatur, sapiens erit,
At ſtultorum ſocius male habebit.

XXI.

Peccat oribus mala impendent,
Et iuſtis redderur bonum,

Prudentia
nō est fœlix,
niſi ſortinet deus,
Sicut ē cer nere i Abi
tophel, De
moſthene,
Cicero.

Temere
pergūt ſatui,
iuxta
parcemā
germa. der
haſſel mus
in ſack.

Oderūt
cem impij.
Talis unus
quiſq; qua
lū utitur
conſuctu
dine.

Boni

PROVERBIA.

XXII.

Pfal. 36. Boni hæredes relinquent filios filiorum,
Et reponuntur iustis opes peccatorum.

XXIII.

Benedictio Dei fortunat. Multum escæ est in sulcis pauperum,
At alij iniurijs parant opes.

XXIII.

Pædagogum præcipit. Qui abstinet virgam, odit filium suum,
Qui vero amat eum, quærit vt erudiatur

XXV.

τὸ παρόν ἐντίθεσθαι. Iustus comedit, & fit satur,
Venter impiorum eget.

CAP. XIII.

I.

Sapiens mulier ædificat domum suam,
Stulta vero euertet eam.

II.

Qui timet Deum, recte ambulat,
Qui contemnit eum, e via eius discedit.

III.

In ore stulti, superba est virga,
Et labia sapientum obseruant.
Autoritatem sibi arrogant stulti, ut in Pontifici De-
cretis apparet.

III.

Vbi non

SALOMONIS.

Vbi non sunt boues, presepe vacuum est, Labor præ
Sed multi prouentus obueniunt per robu- cipitur.
V. stum boue.

Testis verax non mentitur, Contēnunt
Mendaces confidenter mentiuntur. iudiciū dei

VI.

Quærit subsannator sapientiã & nō inuenit Subsanna=
Et scientia cordato facilis est. tores con=
VII. tenuit sa=
VIII. pientiã dei

Si incideris in stultū, nō deprehendes labia scientiæ, Id est, Imperito nunq̄ quicq̄ iniustius. ideo demē
VIII. tantur. E=
IX. saie. 28.

Sapientia callidi est viam suam obseruare, Domi sapi
At stulticia fatuos fallit. endum, nō
IX. foris.

Stultus subsannat delictum.
Et recti placent.

X.

Dum cor angitur, non capitur solatijs, quæ pturbato
extrinsecus adhibentur. cordi nihil
XI. est iucundū

Domus impiorum euertetur,
Sed tabernacula rectorum flore bunt. Fallitur ca
XII. ro sua iusti

Plerisq̄ videtur via recta, cuius exitus est cia et sapi
via mortis, entia.

XIII.

Etiam

PROVERBIA.

- Humana solatia pe=* Etiam in risu dolet cor,
reunt. Et finis risus est calamitas.
 XIII.
- Dabunt pœnas reprobi.
 Et conculcabunt eos probi.
- Præcipit* XV.
ut malos Imperitus credit omnia.
doctores At callidus animaduertit gressus suos.
uitemus. XVI.
- Qui nõ mo* Sapiens timet & discedit a malo,
derabitur. At stultus pergit confidenter.
iræ infectũ XVII.
uolet esse Impaciens iræ designat stultitiam,
dolor qd' At cautus odit stulticiam.
suaserit. XVIII.
- Imperito* Penes imperitos stulticia est.
nusquam Sed callidi coronantur scientia.
quidquam XIX.
iniustus. Curuabuntur mali in conspectu bonorum,
Iusti impe Et impij ad portas iustorum erunt.
rabunt im XX.
pijs, iudica Etiam proximo odio est pauper.
büt impios Et multi sunt diuitum amici.
tametsi ali Donec eris scælix multos numerabis amicos.
quantisper XXI.
opprimã = Contemnit proximum suum peccator,
tur. Et Beatus erit qui miseretur calamitosi.
 XXII, Nonne

SALOMONIS.

Nonne frustrantur qui machinantur malū ? Pollicetur
At benigne & fideliter agetur cū bonis. bona pijs.

XXIII

Labor abundantiam adfert, Laborem
Vbi verbis res geritur, inopia est. precipit.

Viel geschreyß wenig zuvollen. Hypocrite magna de
se pollicentur.

XXIII.

Diuitiæ sunt ornamento sapientibus. Stultitiã
Stultis nihil nisi stulticia est. patiuntur
opes.

XXV.

Verax testis liberat animas, Vere iudi-
Et mendax decipit. care saluti
rebus publ.

XXVI.

Timor Dei turum munimentum est, Pijs bona
Et timentes Deum bene habebunt. promittit.

XXVII.

Timor Dei fons vitæ, ad vitandos laque- Ornamẽto
os mortis. est princi-
pi concor-
dia populi

XXVIII.

Frequentia populi regem decorat, Inuidus al-
Et formidat qui paucis est stipatus. terius ani-
mus rebus
macrescit
opimis.

XXIX.

Patiens multa intelligit, Iracundus prodit stulticiam.

XXX.

Hilaris animus vita est, Qui
Et tabefacit ossa inuidiã.

PROVERBIA.

XXXI.

Deus au= Qui pauperem calumniatur, conuicium fa-
ctor pau= cit eius factori.
pertatis. Et honorat Deum quisquis miseretur pau-

XXXII.

peris

Succumbit in calamitate impius,
Et sperat etiam in morte iustus,

XXXIII.

In animo cordati versatur sapientia,
Et inter stultos innotescet.

Tandem fit ut stulti conuincantur, sicut Iudei resur-
rectione Christi conuicti sunt.

XXXIII.

ἡδὲ κακῆ
βούλη etc

Iusticia exaltat gentem,
Perdit populum peccatum,

XXXV.

Placet regi seruus prudens,
Et succenset turpi.

CAP. XV.

I

Comitate
uincendi
morosi.

Mollis responsio mitigat iram,
Sermo asper prouocat iram.

II.

Lingua sapientis facit acceptam scientiã,
Os stulti effutit stulticiam,

In om

SALOMONIS.

III.

In omni loco oculi Dei contemplantur bonos & malos, Et in secundis & in

Salubris lingua lingnum vitæ est.

Et fallax lingua perturbat animum.

Plus necat lingua quàm gladius.

V.

Stultus calumniatur paternam castigationem, Stulti sunt

At obseruans increpationes callidior fit, qui corripere

VI.

In domo iusti thesauri multi sunt,

At proventus impij perditio est.

VII.

Labia sapientum ferunt scientiam,

Non autem cor stultorum.

VIII.

Sacrificia impiorum abominatur dominus, Hypocritarum sacrificia dānat

Et oratio rectorum placet ei.

IX.

Abominatio est domino via impij.

Et sectantem iusticiam diligit.

X.

Eruditio mala est semitam deserere,

Et qui odit increpationes, moritur,

XI.

Cum infernus & perditio Deo pateant,

Quanto magis corda hominum ei patent.

D Non dis

PROVERBIA.

Non ferūt

XII.

impij casti Non diligit subsannator corripientem se,
gationem. ad sapientes non accedit.

XIII.

Lætus animus exhilarat vultum,
Et in mærore cordis spiritus debilitatur

Personæ i=

XIII.

ponūt no= Cor intelligens quærit scientiam,
bis, & au= Facies stultorum stultitiam pascit.
stortate

XV.

magnorū Misera est vita afflictorum,
sepe impie Et hilare cor conuiuium perpetuum est.
mouemur. Si conscientia sit mala, nihil recte succedit, ut Saul.

Molestia

XVI.

mala cōsci Melius est modicum cum timore Dei.
entia, quæ Quam thesaurus ingens cum molestia,
facit ut ni=

XVII.

hil recte Præstat paucillum olusculi citra molestiam
succedit. Quam saginatus taurus cum molestia.

XVIII.

Vincuntur Vir iracundus excitat contentionem.

mansuetu= At paciens sedat contentionem.

dine iracū
di.

XIX.

Damnātur At femita bonorum plana est.

hi qui nō fa

XX.

ciunt offiū Filius sapiens exhilarat patrem,
um suum. At stulti pudet matrem.

Stultis

SALOMONIS.

XXI.

Stulticia fatuo voluptas est,
Cordatus homo dirigit viam suam.

Caro pro-
bat sua cō-
silia.

XXII.

Frustrantur cogitationes, in quibus non est
consilium.

Infœlix te-
meritas.

Et multitudine consiliorum firmæ erunt.

XXIII.

Apposite respondere, voluptatem adfert,
Et sermo oportunus optimus est.

In tēpore
doceri, mo-
neri, salu-
berrimū ē.

XXIII.

Semita vitæ sursum fert,
Vt doceat vitare infernum deorsum sitū

Ad Collof.
iij.

XXV.

Domum superborum diruit Deus,
Et erigit limitem viduæ.

Quæ sur-
sum sunt
querite.

XXVI.

Abominatur Deus consilia praua.
Mundorum consilia probat.

Supbis re-
sistit deus.

XXVII.

Perturbat domum suam auarus,
Et qui odit munera viuet.

Ἦδ'ε κακῆ
βούλη.

XXVIII.

Cor iusti meditatur quid respondeat,
Os impiorum temere effutit praua.

XXIX.

D ij

Procul

PROVERBIA

Procul est Dominus ab impijs,
Et preces iustorum exaudit.

XXX,

Euangelii Serenus vultus exhilarat cor,
uita adfert Fama bona sagine ossa.

XXXI.

Sapientes Auris audiens increpationem viuificantem
ferunt casti inter sapientes morabitur.
gantem.

XXXII.

Qui negligit castigationem, aspernatur
vitam suam.

Audiens increpationem sapiens erit.

XXXIII.

Docet quod
uocet sapi-
entiam, non
humana con-
silia, sed ti-
more Dei.

Timor Dei est castigatio qua sapientiam
consequimur,

Et gloriam precedit deiectionis.

CAP. XVI.

Deus facit
omnia iux-
ta consilia
uoluntatis
sue, ad E-
phesios.

I.

Homo instituit in animo.

Verum a domino sermo linguae est.

II.

Hominibus suae viae mundae videntur,

At Deus diiudicat spiritus,

III.

Si com

SALOMONIS.

Si commiseris Domino opera tua,
Consilia tua fortunabuntur.

III.

Omnia facit Dominus propter se,
Etiam impium ad diem malum.

V.

Abominatur Dominus omnes superbos,
Non elabentur vt vt inter se conspirent.

VI.

Benignitate & fide expiatur iniquitas,
& in timore domini declinatur a malo,

VII.

Cum placent Domino viæ hominis,
Etiam inimicos eius reconciliat ei.

VIII.

Melius est parum cum iusticia,
Quam magni redditus male parti.

IX.

Cor hominis deliberat de via sua.
Dominus vero promouet gressus suos.

X.

Diuinant labia regis,
Nec fallitur in iudicio os eius.

XI.

Libra & statera iudicium domini sunt,
Et ipse author est ponderum.

XII.

Psal. 36.

Hypocri-
sis humane
satisfactio-
nes nō pla-
cāt Deum,
sed uerum
cor.

Male par-
tum, male
disperit.

Reges ope-
rtuit diui-
nare, hoc
est, iudica-
re.

πνευματι
κως.

Publicū ius
dei op⁹ est

D iij

Abomi-

PROVERBIA

Abominantur reges impietatem,
Nam iusticia thronum fortunat.

XIII.

Placent regibus labia iusta,
Et veraces diliguntur.

XIII.

Metui uult
maiestatē
publicorū
magistratu
um.

Indignatio regis nuncium est mortiferum,
At vir sapiens placabit.

XV.

Serenus vultus regis vita est,
Et beneuolentia eius velut pluuia ferotina

XVI.

Satius est sapientiam comparare q̄ aurum.
Satius est intelligentiam comparare quam
argentum.

XVII.

Gressus rectorum discedunt a malo,
Custodit vitam suā, qui viā suam custodit.

XVIII.

Tolluntur
in altū, ut
lapsu gra-
uore ruāt

Præit deiectioni superbia,
Et anteit ruinam superbia animi.

XIX.

Crucis pre
conium.

Melius est deijci animo cum calamitosis,
Quam regnare & locupletari cū superbis.

XX.

Prudentia
est deo fi-
dere.

Prudenter tractans rem, reperiet bona,
Qui confidit Deo, beatus est.

Sapiens

SALOMONIS.

XXI.

Sapiens sapientem consulit, & suauitas ser- Sapientes
monis commendatiorem facit doctrinam inter se cō
Prudentia vena vitæ est. XXII. sulunt,

At castigatio stultorum, stulticia est. φιλαυ=

Stulti non mutant in melius, etiam si quid muta= τῶν sua
rint, ut in Saul & Achis adparet. consilia
placent.

XXIII.

Cor sapientis, os docet, & doctrinam
Commendant labia eius, Sapientes
meditati lo
quuntur.

XXIII.

Fauus mellis est sermo iucundus,
Dulcedo animæ & medela ossium est.

XXV.

Est via quæ recta videtur oculis hominis, Fallimur
Cuius exitus est via mortis. nostra sapi
entia et in
sticia.

XXVI.

Dat pænas stultiloquentiæ os futile.

XXVII.

Homo nihili sibi malum accersit,
In labijs eius est ignis comburens. ἀχαλί=

In labijs eius est ignis comburens. νωμ σομά

XXVIII.

Homo peruersus excitat contentionem τῶν τέ=

Et delator sæpe inter principes dissidiū cō= λογ δ'υσυ

XXIX.

(citat. Fallunt fu=

Homo violentus lactat amicum suum, cati amici.

Et ducit per viam malam.

D iij

Qui

PROVERBIA
XXX.

Qui multum fingit machinatur malum,
Qui labra componit, mala perpetrabit.

XXXI.

Senectus ue Honesta corona senectus.
nerada est Si in via iusticiae reperietur.

Leuit. xix.

XXXII.

Præstantior est patiens quam vir fortis, præ
stantior item est, qui animo suo domina
tur, quam qui vrbes capit.

Sæpe uincas patientia, quem non uiccris impetu.

XXXIII.

Deus regit In sinum deiciuntur sortes,
omnia. At a deo iudicium earum proficiscitur.

CAP. XVII.

I.

Melius est siccum frustum cum tran
quillitate, quã domus plena macta
tis pecoribus cum contentione.

II.

Seruus prudens dominabitur filio turpi,
Et inter fratres diuidet hæreditatem.

III.

Vt argena

SALOMONIS.

Vt argentum excoquitur, & in fornace probatur aurum.

Ita dominus corda probat.

III.

Malus auscultat improbo sermone,
Mendax obsequitur perniciosæ lingue.

V.

Qui ridet pauperem, conuivium facit factori eius. *Déus pauperum pertatis aliorum.*

Et cui calamitas alterius voluptati est, non feret impune.

VI.

Corona senum filij filiorum sunt.

Et decus filiorum patres eorum.

VII.

Non decet stultum superbus sermo,
Nec regem decet mendax labium.

Iactantia damnatur.

VIII.

Bella gemma est donum.

Quorum se verterit dominus eius.

Munera crede mihi placant hominesq; deosq;.

IX.

Qui celat alienum delictum, facit ut ametur. *Eximia est uirtus prestare silentia rebus.*

At qui palam facit rem, inter principes dissidium concitat.

X.

Obiurgatio magis terret cordatum,

D y quam

PROVERBIA

quam centum plagæ fatuum,

Ne plagis quidem impij emendantur, Eſaie. ix.

XI.

Vindictam Contentioſus machinatur malum,
prohibet. Et in crudelem nuncium incidet.

XII.

Satius eſt occurrere viſæ orbatæ,

Quam ſtulto in ſtulticia ſua.

Nihil intractabilius inſipiente fortunato.

XIII.

Dānat in Si rependas malum pro bono,
gratos. Non diſcedet malum a domo tua.

XIII.

Lis litem Litis initium perinde eſt, ac ſicubi alueum
ſcrit. ruperit aqua.

Et ex maledictis lis late ſpargetur.

XV.

Abominatur Deus tum eum qui iuſtificat
impium, tum eum qui damnat iuſtum.

XVI.

Quid prodeſt præcium ſtulto,
cum ad emendā ſapientiā cor non habeat?

XVII.

Amic⁹ cer Semper diligunt amici, & in aduerſitate
tus in re i frater agnoſcitur.

certa cer-
nitur.

XVIII.

Qui ſtipulatur ac ſpondet pro proximo,
Stultus eſt. Diligit

SALOMONIS.

XIX.

Diligit peccatum qui diligit contentiones, & ruent qui superba moliantur.

Superbi cōtentiosi & uīdictæ cupidi sunt.

XX.

Peruersus corde non inueniet bonum, Et peruersus lingua incidet in mala.

XXI.

Accersit stultus adflictionem sibi, Et non gaudebit stulti pater,

XXII.

Cor lætum exhilarat vitam, At tristitia animi arefacit ossa.

XXIII.

Munus e sinu impius accipit, ut deprauet semitas iudicij.

Bonæ consciētie preconiū.

XXIII.

Coram cordato est sapientia, At oculi stultorum passim vagantur.

XXV.

Patrem ac matrem dolore adfcit filius stultus.

Impij immoderata cupiunt,

XXVI.

Malum est damnum iusto dare, aut principem iusta iudicantē percutere.

Magistratus religio se coli præcipit.

XXVII.

Qui parce loquitur sapit, Nec est futilis spiritus homini cordato. Vel stul- garrulitas

Damnatur

PROVERBIA.
XXVIII.

Vel stultus si taceret sapiens reputaretur,
& videretur sapere si clauderentur labia.

CAP. XVIII

Morosi ni
hil candide
interpretantur.

I.
Cui voluptas est dissensionem concita
re, is captat ubiq; rixandi occasionē,

II.
Non libet stulto intelligere,
Sed tractare ea quibus ipse capitur.

III.
Cum venit impietas, venit etiam cōtemp
tus, & dedecus ac contumelia.

Suū cuiq;
pulchrum.

III.
Verba viri velut profundæ aquæ sunt.
Et fons sapientiæ velut vberriū flumē.

Spiritualis
iudicat oīa
Stulti con=
tentionum
autores.

V.
Personam impij perferre non est bonum,
vt iustum a iudicio abducas.

ἀχαλί=
νωρ σομά
των &c.

VI.
Labia stulti rixantur,
Et os eius pugnam prouocat.

VII.
Os stulti sibi exitio est,

Et labia.

SALOMONIS.

Et labia eius laqueus animæ eius.

VIII.

Verba delatoris verbera sunt,
& penetrant ventrem.

Plures ne-
cat lingua
q̄ gladius.

IX.

Cessare perinde est ac dissipare rem.

Non minor est uirtus, q̄ querere parta tueri.

X.

Arx munita nomen Domini,
ad eam curret iustus, & defendetur.

Nomine domini defendimur, non nostris uiribus.

XI.

Opes diuitis sunt ei urbis munitæ, & muri
loco.

πλοῦτος
ὑβρις.

XII.

Ante ruinam eleuatur cor humanum,
Et anteit gloriam deiectio.

Tolluntur
in altū, ut
lapsu gra-
uiore ruāt

XIII.

Qui respondet priusquam audierit,
Stultus est & confunditur.

μήτεδ' ἴκην δικάσας περί ἀμφοῖν μῦθον
ἀκούσας.

XIII.

Hilaris animus finit ægritudinem,
Et spiritum tristem quis fetet?

Nulla res humana mederi potest male conscientie.

XV.

Cordati

PROVERBIA.

Non pro= Cordati probe iudicant.
nunciāt pīj Et auris sapientum quærit scientiam.
temere. XVI.

Munus hominis facit ei viam,
Et in conspectum potentium perducit.

Contra hy XVII.
pocrita ali Iustus primum adcusat sese,
os docent, & venienti proximo patet.
se nō docēt XVIII.

Roma.2. Contendentes fors componit,
Et inter fratres diiudicat,
XIX.

Concordia Præstat habere coniunctum fratrem, quam
parue res vrbem munitam.
crescunt. Et litigantes sicut repagulum pallaciij.
XX.

De fructu oris vir saturatur,
De prouentu labiorum venter saturatur.
XXI.

Mors & vita in linguæ potestate sunt,
& qui curant linguâ comedent fructus eius.
XXII.

Inueniens vxorem, inuenit bonum,
& hauriet voluptatem a domino.
Laus coniugij. A domino, inquit, bonum hauriet,
quia id vitæ genus multas adflictiones adfert.
XXIII

Placide

SALOMONIS.

Placide loquitur egenus,

Diues dure respondet.

XXIII.

Vir comis amicos sibi adiungit,

Et amicus adhæret firmitus fratre.

Comitas
amicos p̄
rit.

CAP. XIX.

I.

Melius est egeno qui probe ambulat,
q̄ stulto qui praua labia habet.

II.

Vbi non est scientia, male habet homo,
Et qui velox est pedibus impinget.

Inconsulti
facile ruūt

III.

Stulticia hominis euertit eum,
& cor eius Deo indignatur.

Tales sunt
qui nō per
ferunt cru
cem. Nu
meri. xiiij.

III.

Diuitiæ augent amicos,
& pauper ab amicis etiam deseritur.

Vulgus amicitias utilitate probat.

V.

Mendax testis non erit impunitus,
& quisquis mendacia dicit, non euadet.

VI.

Multi

PROVERBIA.

Vulg⁹ ami Multi fidunt persona principis,
citias utili Et nemo non est amicus eius, qui mu-
tate pbat. nera dat.

VII.

Omnes fratres pauperis oderint eum, &
 propinqui eius procul discedunt ab eo.

VIII.

Qui verba spectat fallitur,
 Qui sapit bene habebit, & prudentes inue-
 nient bonum,

IX.

Testis mendax non erit impunitus,
 Et loquens mendacia peribit.

X.

Secundæ Non decet stultum deliciae,
res stultos Tantum abest vt deceat dominari prin-
id est, icau cipibus, seruum,
tos demen

XI.

tant et per Pacientes sapiunt, & delictum dissimulare
dunt. gloriosum est.

XII.

Metui vult Ceu fremitus leonis, sic regis est indigna-
magistrat⁹ tio. Et benevolentia eius est perinde vt
 ros super herbam.

XIII.

Calamitas patri est stultus filius,
 Et mulier morosa est adfiduum stillicidium.
 Domus

SALOMONIS.
XIII.

Domus & diuitiæ hæreditate obueniunt a Dei domi
parentibus, *prudēs uxor,*

A Domino autem prudens vxor. *or, nō deli-*
gitur no-

Pigricia soporem parit, *stro iuditiō*
Et ociosus fame peribit.

XV.

Seruans mandatum, seruat animam,

Qui vias suas negligit, morietur.

XVI.

Fœnerat Domino qui miseretur egeni,
& retribuetur ei.

Largiri

pauperi-
bus.

XVII.

Castiga filium tuum, dum spes est fore vt
corrigitur.

Necesse ca-

Nec commoueare vt occidas eum.

stigare, ta-

XVIII.

Magna enim ira detrimentum adfert, nisi *tim succe-*
coherceatur. Dimitte eum, vt & dein- *dit res.*

ceps corripias.

XIX.

Audi consilium, & admitte castigationem, *Eueniunt*
vt deinceps sapias. *nō que nos*

XX.

institui-

Multæ cogitationes in corde hominis sunt, *sed que de*
Consilium autem domini stabile est. *us decreuit*

E

Deco

PROVERBIA.

XXII.

Decora est homini beneficentia eius,

Largiri Et melior est pauper, q̄ vir mendax.
pauperib⁹

XXIII.

Timor domini vitam adfert, & exaturabit:

Timor do Et habitabit sine vſitatione mala.
mini etiam

XXIII.

in cruce ui Abscondit piger manus in sinum,

tā adfert. Ne ad os quidem admouet,

XXV.

Si subsannator mulctatus fuerit,

Imperitus erit callidior.

XXVI.

De⁹ punit Si intelligentem argueris, cautior erit.

impios, ut

erudiat pi Qui vexat patrem & fugat matrem,

os, ut adpa turpis est & probro dignus.

ret ī egypt

tis et ifra= Cessa audire fili eruditionem,

elitis. a verbis scientiæ seducentem.

Cauēda do

ſtrina im= Nihili testis ridet iudicium,

pia. & os impiorum deuorat iniquitatem.

XXX.

Impijs mi= Parata sunt derisoribus iudicia,

natur. & plagæ tergo stultorum.

Caput

SALOMONIS.

CAP. XX.

- | | |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|--------------------------------------------------|
| <p>I.
 Subsannatores facit vinum, & tumultus parit ebrietas.</p> | <p>Dannat ebrietatē</p> |
| <p>Quisquis illa delectatur, non erit sapiens.</p> | |
| <p>II.
 Terror regis est perinde vt rugitus leonis,
 Qui offendit, peccat anima eius.</p> | <p>Docet metuēdos esse</p> |
| <p>III.
 Gloria homini est desistere a lite,
 & omnes stulti conuiciabuntur.</p> | <p>magistratus.</p> |
| <p>III.
 Propter frigus piger non arat, & mendicabit in messe, & nihil impetrabit.</p> | <p>Desistēdū a lite.</p> |
| <p>V.
 Velut aqua profunda est consilium in corde viri.</p> | <p>Spiritualis omnia iudicat.</p> |
| <p>At vir intelligens exhauriet.</p> | |
| <p>VI.
 Pleriq; benefici vocantur,
 Fidelem autem quis inueniet?</p> | <p>Nusquam tuta fides.</p> |
| <p>VII.
 Beati filij sunt iusti probe ambulantis.</p> | <p>Oculus domini multū prodest in rebus oib.</p> |
| <p>VIII.
 Rex sedēs in folio iudicij, dissipat omne malū intuendo.</p> | <p>gerendis.</p> |
| <p>E ij Quis</p> | |

PROVERBIA

IX.

Quis dicet, purum est cor meum?

Mundus sum a peccato.

X.

Vetat uio= Variare pondera, variare mensuram,

lare i⁹ pub Abominabile apud Deum est.

licum.

XI.

Studia mē Ex studijs suis cognoscitur puer,

tem indi= munda ne & recta sint eius facta.

cant.

XII.

Vt auris audiat, vt oculus videat,

Non sapi= Dominus facit.

m⁹ nō præ

XIII.

videm⁹, ne Ne dilige somnum, ne opprimaris egestate

admoniti Si aperueris oculos, saturabere pane.

quidē nisi

XIII.

de⁹ excitet Malum est, malum est, dicunt cum tenent,

uos.

At cum amiserint, laudant.

Præsentia fastidiuntur. Optat ephippia bos piger.

optat arare caballus,

XV.

Magni fiunt aurum & gemmæ,

Sed preciosius vas labia scientiæ sunt.

XVI.

Sponde Eripe vestimentum ei qui pro altero spon-

noxa præ= det, & pignus ab eo accipe.

sto est. Cum ille alienus sit, pro quo se obstrinxit.

Dulcis

SALOMONIS.

XVII.

Dulcis est homini panis fraude partus.
Postea vero os eius arena replebitur.

*Impietas
erridet,
sed perdit.*

XVIII.

Consilio propositum fortunatur.
Et consilijs geretur bellum.

*Dannatur
temeritas.*

XIX.

Ne coniunge te cum susurrone,
qui arcana reuelat, & blandicij fallit.

*Non audi-
endos esse
delatores.*

XX.

Qui maledicit patri aut matri,
Extinguetur lumē eius in medijs tenebris.

XXI.

Hæreditas præpropera principio,
postea non benedicetur.

*Periculosum est, si res sine cruce succedit, ideo
fœlicius est regnum Davidis quàm Saulis.*

XXII.

Ne dic reddam malum, sed expecta domi-
num, is salutabit te.

*Vindictam
prohibet.*

XXIII.

Abominabile est domino variare pondera
Et statera fallax non est bona.

*Diuinitus
omnia re-
guntur.*

XXIII.

Omnium gressus a Deo sunt,
Et quis homo intelligit viam suam?

XXV.

E iij

Laques

PROVERBIA

Impietas Laqueus est sancta contumelia adficere,
nō expia- & postea vota facere.
tur hypo-

XXVI.

crisi. Dissipat impios rex sapiens,
Sapiēs ma- & vertit aduersus eos rotam.

gistrat⁹ c.1 XXVII.

uet impia Exhilarari a Deo vita est hominis,
consilia. & penetrat totum corpus.

XXVIII.

Quem me Beneficentia & veritas custodiunt regem,
tuunt ode- & fulcitur thronus eius beneficentia.

runt. XXIX.

Corona iuuenum est robur eorum,
 & decus senum est canicies.

XXX.

Deus emē- Vulnere ac plagæ medentur malis.
dat nos
cruce.

CAP. XXI.

I.

COr regis in manu Dei est, sicut flumina
 aquarū, quorsum volet, inclinabit,

II.

Psal. xlix.

Sua cuiq; via placet,
 Dominus vero corda impellit.

III.

Facere

SALOMONIS.

Facere iusticiam & iudicium,
melius est apud deum quam victimæ.

III.

Sublimes oculi & superbum cor,
Impiorum fœlicitas peccatum est.

Tolluntur in altum, ut lapsu grauiore ruant.

V.

Consilia seduli plane abundantiam pariunt,
Præcipientes autem egebunt.

עוֹלָם
עוֹלָם.

VI.

Qui colligit thesauros lingua mendaci.
frustrabitur, & periclitabitur de vita.

VII.

Rapinæ impiorum erunt eis exitio,
quia noluerunt iuri obsequi.

VIII.

Improbi opera peruersa sunt,
At mundorum tecta.

IX.

Satius est in angulo tecti habitare,
Quam cum muliere morosa in domo ampla,

Impij uel
cū alieno
incommo-
do sibi uo-
lunt cōsul-
tum sicut
tyranni.

X.

Anima impij desyderat malum,
& fastidit proximum suum.

XI.

Dum mulctatur subsannator, imperitus
commonefit.

E iij

Et sa

PROVERBIA

Et sapientes scientiam accipiunt.
Deus punit impios, ut pios commonefaciat.

XII.

Erudit iustus domum impij,
Sed deflectunt impij ad mala.

XIII.

Misereri
pauperum
præcipit. Qui obstruit aurem pauperum clamori,
Clamabit ipse vicissim, nec exaudietur.

XIII.

Donum clandestinum placat iram,
Et munus in sinu vehementem iram.

XV.

Gaudium est iusto facere iudicium,
Exitium facere iniquitatem.

XVI.

Qui aberrat a via prudentiæ,
inter mortuos erit.

XVII.

Parsimonia magnū
uestigal. Redigitur ad inopiam qui amat gaudia.
Et quisquis amat vinum & piguedinem
non ditescet.

XVIII.

Impij plectuntur pro iustis,
& pro rectis contemptores.

Impij tametsi exitium machinentur iustis, tamen sibi
ipsis sunt exitio.

XIX.

Satius

SALOMONIS.

Satius est in terra deserta versari,
q̄ cum muliere morosa et iracunda.

XX.

Preciosus thesaurus & oleum in domo sapientis est,
At stultus homo dilapidat.

XXI.

Qui sectatur iustitiam & beneficentiam,
reperit vitam, iusticiam & gloriam.

XXII.

Fortium urbem expugnat sapiens,
Et fortibus ipsorum confidentia exitio est.

Confidentia obest, ut Pharaonis exitium testatur.

XXIII.

Qui custodit os suum & linguam suam,
custodit animam suam a tribulationibus.

XXIII.

Superbi temere audent,
& subsannatores in ira temeritatem designant.

XXV.

Cupiditates pigrae occidunt eum,
quia noluerunt manus eius laborare.

XXVI.

Piger perpetuo cupit,
Iustus vero dat & non comparcit.

XXVII.

E v

Imola

Sapientia
est conser=
uare rē fa=
miliarem.

pietatis fru=
ctus sūt, ui=
ta, gloria,
opes, non
parantur
humana in=
dustria.

Nimium cō=
fidunt su=
perbi, ut
Pharao.

PROVERBIA

Pfal. 49. Imolatio impiorum est abominatio.
Quia per scelus offertur.

XXVIII.

Testis mendax peribit,
& qui solet auscultare, is vicissim audietur.

XXIX.

Pertinaciter pergit vir impius,
Recti vero via fortunatur.

XXX.

Pfal. 32. Non est sapientia, non prudentia,
Non consilium contra dominum.

XXXI.

Equus paratur ad bellum.
A Deo vero victoria proficiscitur.

CAP. XXII.

I.
Fama præferenda est magnis opibus,
Et gratia melior est argento & auro.

II.

*Deus au=
ctor pau=
pertatis.*

Verfatur apud opulentum pauper,
Facit vtruncq; Deus.

III.

Callidus mala præuidet & euitat,
Et imperiti dum perrumpunt, damnū acci-
piunt, penes

SALOMONIS.

III.

Penes abiectos, qui Deum timent,
diuitiæ, gloria, & vita sunt.

*Humilibus
dat gratiã*

V.

Cuspides & laquei in via peruersi sunt,
Qui procul inde refugit, custodit vitam suã.

VI.

Si institueris adolescentem in via sua,
in eadem & senex perseuerabit.

*Quo semel
est imbuta
recens ser-
uabit odo-*

VII.

Diues pauperibus imperat,

Et qui mutuo accipit, seruus est foenera-

VIII.

(toris, diu.

Qui mala seminat, mala metet.
& plaga perdet eum.

IX.

Liberali oculo benedicetur,
quia dat de pane suo egentibus.

*Deus bene-
dicit largis*

X.

Si pepuleris subsannatorem, cessabit
contentio, sedabiturq; lis & conuitium.

*Vitandi
impij.*

XI.

Rex amicus est eius qui mundiciam cordis
diligit, & labiorum gratiam,

XII.

Oculi Domini obseruant scientiam,
Et contemptoris consilia frustrantur.

Piger

PROVERBIA.

XIII.

Piger ait, leo foris est, in platea interficiat,

XIII.

Fouea profunda os scorti est.

cui irascitur Dominus, is in eam incidet.

XV.

Stulticia agnata est cordi adulescentis.

Pueritia Virga vero castigatrix eximet eam.

per pado=

gogiam co

hercenda.

XVI.

Qui iniuria adficit pauperē vt ditescat ipse

Is dabit ditioribus alijs & egebit ipse.

XVII.

Accommoda aurem, & audi verba sapientum, & animaduerte ad doctrinam meam, Est enim pulchra, si eā serues in pectore tuo, & labijs tuis foeliciter tractabis eam.

XVIII.

Quid doce Commonefacio hoc adfiduo, vt in Dominiū colloces fiducia tuā, tu amplectere.

at in sum=

ma uerbū

dei, fidem

quam non

docet ra=

tio.

Nonne tradidi tibi multipliciter consilia & scientiam, vt docerem te veritatem quā certissimam, vt interrogantibus vera responsdere possis.

XIX.

Ne depredare pauperem, eo q̄ sit pauper, nec opprimas afflictum in porta, quia Dominus causam illorum iudicabit, & perdet eos

SALOMONIS.

det eos qui illis vim attulerunt.

XX.

Ne habeas commercium cum homine iracundo, & cum viro furioso ne versere, ne *Ad portas addiscas mores eius, & accipias scandalum animæ tuæ.* *iudicari res solebāt in publico loco.*

XXI.

Ne sis inter eos qui spondent, aut fidem obstringunt ad foeneratorem. Nam si non potueris pfoluere, auferet a te lectos tuos. *Vitādi iracundi.*

XXII.

Ne transfer priscos limites, quos maiores tui constituerunt.

XXIII.

Qui mandatum mature exequitur, stabit coram regibus, nec inter obscuros relinquetur.

CAP. XXIII

I.

CVm accumbes vt comedas cum principibus. *Dulcis incipe, obserua quæ præponantur, & incipe expertis tēta cultrū gutturi tuo, vt vitā tueare. cultura potare.*
Ne cupias cibū eius, est enim fallax cibus. *tētis amici.*

II.

Ne la

PROVERBIA.

Ne labora ut ditescas, a consilijs tuis celsa. Ne adfectes id, quod consequi non potes. Faciet enim alas sibi, & velut aquila ad cœlum subuolabit.

III.

Inuidos ut tãdos esse. Ne comedere cibum inuidi, & ne capias illam. Nam ipse velut prestigiator fallit, cum ait, comedere & bibe, & apud animum inuidet tibi.

Portionem quam comedisti, euomes, & perdes sermones tuos suaves.

III.

Margari = tum uetat porcis obij cere. Auribus stulti ne loquaris, Contemnit enim prudentiam sermonis tui.

V.

Ne loco moueas prisca limites, Et in campum pupillorum ne irrumpas. Nam vindex eorum fortis est, iudicabit eorum causam aduersus te.

VI.

Accomoda cor tuum castiganti, & audi sermones scientiæ.

VII.

Pædago = gnam præcipit. Ne cesses castigare adolescentem. Si percusseris eum virga, non morietur. Si virga verberaueris, ex inferis animam eius eripies.

VIII.

SALOMONIS.

Fili, si sapiens fuerit cor tuum, gaudebit cor meum. Exultabunt renes mei, cum recte loquentur labia tua.

IX.

Ne æmuletur cor tuum peccatores,
sed timeas dominum tuum semper.

Expecta postrema, nec frustraberis, si expectaris. Tametsi impij flo-

Audi fili mi, & eris sapiens, vt bene habeat in via cor tuum. reant alix
quãtisper,
tamen tu

XI.

Ne sis inter potatores & comessatores, dem peri-
Nam potatores & commessatores redigen- bunt.
tur ad inopiam, & laceris vestibus vtetur
somnialetus.

XII.

Audi patrem tuum qui te genuit,
& ne cõtemnas matrem tuam natu grandẽ
Veritatem, sapientiam, eruditionem, &
intelligentiam compara, nec vende.

Iusti pater lætabitur, sapientis genitor
gaudebit de filio.

Gaudebit pater tuus & mater tua, & ge-
nitrix tua, obtẽpera, & oculis tuis viæ meæ
placeant.

Est enim profunda fouea meretrix, & pu-
teus angustus, scortum.

Hæc per

PROVERBIA.

Hæc perinde, ac prædones solent, insidias struit, & incurios ad se allicit.

XIII.

Quid non ebrietas de signat? op ta recludit Vbi vae? vbi eiulatus? vbi rixæ? vbi infidiae struuntur? Vbi fit, vt nihil meriti fau-
Spes iubet esse ratas in prelia cientur? vbi rubent oculi?

trudit in- ermem. Nimirum hæc accidunt inter pocula, iis qui confluunt vt exhauriant quidquid in-
fusum est.

Ne inspice vinum cum rubescit, cum pel-
lucet per vitrum color eius, & arridet, po-
stremo velut serpens mordebit, & velut
aspis punget. Oculi tui spectabunt alienas
mulieres, & cor tuum cogitabit peruersa.
& eris perinde ac iacens in medio mari.
Supra antennam percusserunt me, inquires,
& non dolui, Vulnerauerunt me, & non sensi.
Quando vero expergiscar, vt rursus in-
cipiam perpotare?

CAP XXIII

*Multos sal-
lunt secun-
de res im-
piorum.*

I,
NE æmuleris viros malos, nec cupias
apud eos esse. Nam damna medita-
tur cor eorum, & pernicioſa loquuntur labia
eorum. Sapiens

SALOMONIS.

II.

Sapientia ædificatur domus, & intelligentia, & cubicula implet scientia omnibus opibus præciosis & pulchris.

III.

Vir sapiens fortis est, & vir intelligens præstat robusto. Nam bella geruntur industria, & victoriam pariunt multa consilia.

III.

Altior est sapientia, quàm ut adsequatur stultus, & in porta, hic ne os quidem aperiet.

V.

Sibi machinatur malum auctor scœleris.

VI.

Consilia stulti peccata sunt, Et subsannator est abominatio apud homines.

VII.

Nihili fortitudo est, si in aduersis rebus parum firmus fueris.

VIII.

Eripe eos qui ad mortem rapiuntur.

& opem fer ijs qui pertrahuntur ad eadē

Si dixeris, Non noramus, ecce cordium arbiter animaduertet, & obseruator anime tuæ deprehēdet, is reddet cuiuis iuxta opera sua.

IX.

Comede mi fili mel, est enim bonum & fauum

Fortitudo
ē, in aduersis
rebus uoluntati dei
non aduersari.

F fauum

PROVERBIA.

*Tametsi
floreāt ali
quantissper
impij tādē
tamen peri
bunt.* fauum dulcem palato tuo. Sic est animæ sa-
pientia, vbi inueneris, & restant postrema,
nec frustrabitur expectatio tua.

X.

Ne insidieris impie habitaculo iusti, ne
interturbes quietem eius. Septies enim ca-
det iustus, & impij impingent in mala.

XI.

Si lapsus fuerit inimicus tuus, ne gaude-
as, & si impegerit, ne exultet cor tuum, ne
videat dominus, & afflictio domino adpa-
reat, ut auertat ab illo iram suam.

XII.

*Lucerna
gloria, res
secundæ.* Ne æmulare malos, nec inuideas impijs
Nihil enim boni superest quod speret ma-
lus, lucerna impiorum extinguetur.

XIII.

*Seditiosos
damnat.* Time dominum fili, & regem, & cum se-
diciosis ne cōmiscere, Mox enim instabit
interitus eorum, & ruinam eorū quis scit?

ETIAM HAEC SAPIENTES
præcipiunt.

XIII.

Spectare personam in iudicio, non est
bonum.

XV.

Qui dicit impio, iustus es, maledicit ei,
& succensabit populus,

Qui ar-

SALOMONIS.

Qui arguunt, amabiles sunt, & large benedicetur eis.

XVI.

Labia osculi, quæ respondent adposite.

XVII.

Primum perfice foris opus tuum, & exerce agrum tuum.

Postea ædificato domum tuam.

XVIII.

Non sis testis iniquus aduersus proximū tuum, nec allicias labijs tuis.

XIX.

Ne dicas, quemadmodum fecit mihi, sic faciam ei.

Reddam unicuique secundum opera sua,

XX.

Agrum hominis pigri præterij & vineam hominis stulti,

Et ecce totum obruerant vrticæ, & tegebant spinæ, & murus collapsus erat. Et vidi & consyderaui, vidi vt erudirer. Paululū dormies & paulum obdormisces & paulisper conferes manus ad dormitandum & Veniet tanquā viator paupertas tua, & egestas non secus atq; latro.

F ij

Caput

In tempore doceri, moneri, iuuat.

Necessaria prius curanda.

Vindictam prohibet.

PROVERBIA

CAP. XXV.

SVNT ET HÆ PARABOLÆ Salomonis, quas inseruere viri Ezechiaë regis Iuda.

Deus sic facit omnia, ut mundus tamen non

I.
GLoria Dei est verbum celare,
 At gloria regum est id inquirere.

intelligat. At reges inquirere oportet.

II.
 Ut nec altitudo cœli, nec terræ profunditas comprehenditur.

Non astutia, sed pietas fortunabit regum consilia.

III.
 Ita nec cor regis scrutabile est.
 Si rubiginem de argento abstuleris, vas purum fiet,
 Si impietatem a rege abstuleris, fortunabitur iusticia thronus eius.

Dum petit in firmis mihi sublimia pennis, Icarus icaricis nominis fecit quis.

III.
 Ne iactes te in conspectu regis, & in locis cum magnorum ne irruas. Est enim satius, vt dicatur tibi, Ascende huc, q̄ detrudi a conspectu principis, quem adspexerant oculi tui.
 V.
 Ne properes litigare, ne quid facias quod postea

SALOMONIS.

postea proximum tuum confundat.

VI.

Causam tuam iudicet proximus tuus, & arcanum alterius ne reuela, ne contumelia adficiat te audiens, & infamare pergat.

VII.

Aurea mala in argenteis tabulis, verbum dictum oportune.

VIII.

Velut torques aureus, & aureum monile, est, increpatio apud sapientem qui auscultat.

IX.

Sicut in messe frigus hybernium recreat, ita nuncius fidelis recreat eum qui misit, & anima domini eius adquiescit.

X.

Nubes & ventus, sine pluuia. Is est qui gloriatur pollicendo, & nihil præstat.

XI.

Patientia placabitur princeps, & lingua mollis frangit duros.

XII.

Vbi mel repereris, comede quantum satis est, ne saturatus reuomas.

Ne uerbu dei carnali cupiditate aut iudicio hauriatur.

XIII.

Reuoca pedem tuum a domo proximi tui, ne satur tui oderit te.

F iij

Hasta

Sapiens

gaudet re-

prehendi.

Magistra-

tus lauda-

tur q offi-

cium suum

facit.

Vil gesch-

reys, & we-

nig & wollen

Fastidium =

tur præ-

sentes.

PROVERBIA

XIII.

Hasta & gladius & sagitta acuta est, vix
qui aduersum proximum suum falsa testifi-
catur.

XV.

Dens malus & pes vacillans
est fiducia contēptoris in die tribulationis.

XVI.

*Vetat san-
ctū cani-
bus dare.* Prauo cordi carmen canere, perinde est
atq; laceris vestire in frigore, & acetum
vino addere.

XVII.

*Vetat uin-
dictam.* Si esurierit is qui odit te, pasce eum pa-
ne, & si ficiert, pota eum aqua. Prunam
enim cumulabis super caput eius, & domi-
nus reddet tibi.

XVIII.

*Vetat audi-
re delato-
res.* Aquilo pluuiam pellit,
At vultus seuerus linguam delatricem.

XIX.

Satius est sedere in angulo tecti, q̄ in do-
mo ampla cum muliere rixatrice.

XX

*Impli offē-
duntur re-
bus aduer-
sis piorum* Aquæ frigidæ ei qui linquitur animo
nuncium bonum est ex terra longinqua.

XXI.

*Impli offē-
duntur re-
bus aduer-
sis piorum* Fons conturbatus, & scaturigo corrupta,
Iustus lapsus coram impio.

Non est

SALOMONIS.

XXII.

Non est bonum immodice multum mel
edere,

Sic & qui grauia scrutatur, obruetur.

XXIII.

Vrbs patens sine mœnibus,

Vir qui non cohibet spiritum suum.

Eximia est uirtus prestare silentia rebus.

CA. XXVI

I.

Vt nix in æstate intempestiua est,
& imber in messe.

Sic nec stultum decet gloria,

II.

Quemadmodum aufugit auis, & præter-
uolat hirundo.

Sic e mentitum conuictum non lædit,

III.

Flagellum equo, frenum asino,

Virga tergo stultorum.

III.

Ne respondeas stulto de stulticia eius, ne si
milis eius fias.

V.

Responde stulto de stulticia eius, ne sapere
sibi videatur.

F iij

Qui

Vetat uer-
bū dei hau-
rire carna-
li cupidita-
te aut iu-
dicio.

Rebus se-
cundis in-
cauti demē-
tantur, ut
in Saul ap-
paret.

Mendacia
non lædunt

precipitur
παιδ' α-
γωγία.

Post unam
atq; alterā

monitionē
ἐπιετιμόρ
hominem

deuita.

PROVERBIA

VI.

Ignavi magistratus. Qui per nuncium stultum rem gerit,
Est velut claudus pedibus & damnū accipit

VII.

Vt claudus, pedes erigere nequit,
Sic sunt sententiæ in ore stultorum.

Impij non possunt recte uti verbo dei.

VIII.

Stultum honore adficere, perinde est ac
gemma in πολυάνδριον conicere.

Rebus secundis incauti dementantur, gemma coniecta in polyandrium, hoc est, locum fœdum, in acervum lapidum, ubi de fontibus supplicium sumitur, perit. Eadem sententia est in Laberianis Mimis. Loco ignominia est apud indignum dignitas.

IX.

Spina condita in manu ebris,
sententia est in ore stulti.

Gerenda res per peritos.

X.

Vir peritus omnia recte efficit.

φιλαυτοί, haud ferè corrigiuntur

Qui vero conducit stultos, negligentes
conducit.

XI.

ioan. ix.

Sicut canis rediens ad vomitum.

Sic stultus est ingeminans stulticiam suam,

XII.

Quia dicitis videmus &c.

Si videris virum qui sibi sapere videtur,
de stulto melius speres quàm de eo.

Piget

SALOMONIS.

XIII.

Piger ait, Leopardus est in via, leo in plateis.

Sicut fores in cardine suo voluuntur, sic voluitur piger in lecto.

XIII.

Abscondit piger manum in sinum, piger & ad os admouere.

XV.

Plus sibi sapere videtur piger, Quam septem qui sententias docent.

Pigri hypocritas significant, qui videntur laborare, & tamen officium suum non faciunt.

XVI.

Qui transit ad litem sua nihil referentē, perinde est atq; si canem vellicet auribus ac lacessat.

Was dich nicht brent blaß nicht.

XVII.

Vt qui abscondit se, iaculaturq; sagittas flammeas, & mortiferas, Sic is est qui frustratur amicum suum, & dicit, ioco facio.

XVIII.

Ignis extinguitur, vbi ligna non alunt, Sic sedatur contentio, vbi delator abfuerit

XIX.

Carbo prunas, ligna ignem accendunt, Vit contentiosus rixam.

F V

Verba

PROVERBIA

XX.

Nō est re=
mediū ad=
uersus Sy=
cophantæ
morsum.

Verba delatoris perinde sunt ac verba
ra, penetrantq; penetralia pectoris.

XXI.

Vt conuenit si argenti scoria vas fictile
obducatur.

Ita labia uenenata, cum malo corde
congruunt.

Dignū patella operculū. Spurcū os, im. pbo pectore.

XXII.

Cum blan=
ditur inimi=
cus, fallit.

Labijs suis prodet se inimicus, & cū ad
propinquat, struit insidias.

XXIII.

Cum voce sua blandietur, ne credas ei,
Sūt. n in corde eius multæ abominatiōes.

XXIII.

Si quis texerit odium suum, vt damnū det,
reuelabitur eius malitia in cœtu.

XXV.

Ἰδὲ κωκὴ
βούλι.

Fodiens foueam in eam ruet,

Et aduoluens saxum, in ipsum impinget

XXVI.

Impij non
ferunt casti
gantem.

Lingua mendax non fert improbantem.

Et os blandum perniciem adfert.

CA. XXVII.

Ne glo

SALOMONIS.

I.

NE glories de die crastino, nescis Ne ante uir
enim quid hodie accidere possit. Etoriam.

II.

ἐπιπίκιοι

Prædicet te alienus, non os tuum,
peregrinus, non labia tua.

III.

Grauis est lapis, & ponderosa arena,
Vtroq; grauior est ira stulti,

Imperito
nihil inu-
stius.

III.

Crudelis est iracundia & ira,
Et quis coram inuidia consistet

V.

Melior est manifesta correptio,
quam clandestina dilectio.

VI.

Fidela sunt vulnera inflicta a diligente,
Et oscula inimici contumeliosa sunt.

Charitas
amat etiã
cum seuit.

VII.

Anima satura fauum etiam calcet,
Et animæ esurienti etiã amara dulcia sunt.
Esurientes implentur bonis, iuxta Canticũ Mariæ.

VIII.

Sicut auis est quæ nidum deserit,
Sic vir est qui deserit locum suum.

σπάρα
ἐλαχες
ταυτα
κόσμη.

IX.

Vnguentum & aromata delectant cor,
Dulcior

PROVERBIA.

Consilium res sacra. Dulcior autem amicus est propter consilium animæ.

X.

Veteres amici colendi. Amicum tuum, & amicum patris tui ne deseras.

Et domum fratris tui ne ingrediare, tempore calamitatis tuæ.

Hesiodus

XI,

Τῆ ΤΟΥΕΣ

Melior est vicinus propinquus, quam frater longinquus.

ἄλλωσσι

XII.

ἐκιομ ζῶ=

ἄντο δ'ε'

Disce sapientiam, mi fili, & gaudebit cor meum ut responderi possit ijs qui mihi conuitium faciunt.

πθοι.

der haspel

mus insack

XIII.

Imperiti

Callidus videt malum & absconditur,

pergunt obstinati ut

Imperiti pergunt, & damnum accipiunt.

Pharao.

XIII.

Vestem ab eo auferas, qui pro alieno spondit. Et cum ille alienus sit, pignus accipe.

XV.

Inmodice

Prædicans amicum suum magnis clamoribus mane consurgens, maledicere ei iudicabitur.

laudes sunt suspectæ.

XVI.

Similis est stillicidio assiduo cum pluit, rixatrix mulier. Qui cohibet eam, ventos cohibet, & oleum manu retinere conatur.

Ferrum

SALOMONIS.
XVII.

Ferrum ferro acuitur,
Et vir acuitur amici congressu.

Σύντε δὲ ἐρχομένῳ καίτε πρό' ὃ τὸ
ἐνόησε &c.

XVIII.

Seruans ficum, vescitur fructibus eius,
Et obseruans dominum suum, honore
adficietur.

*Parfimo-
nia magnū
uestigal.*

XIX.

Vt facies in aqua resplendēs, fallit,
Ita inter se corda hominum solent.

*Taxatur
perfidia.*

XX.

Infernus & perditio non saturantur,
Ita nec hominis oculi saturantur.

*Cupiditas
incxplebi-*

XXI.

Argentū in vase purgatur, aurū in fornace.
Homo vero laudantis ore probatur.

lis.

XXII.

Si stultum contriueris pistillo, ceu triticum
in mortario, non discedet ab eo stulticia.

*Impij non
emēdātur
ad afflictionē
bus.*

XXIII.

Tuum pecus contemplare, & gregem di-
ligenter cura.

σπάσταν

Nec enim perpetuo tenebis has opes,
& gloria non durat a seculo ad seculum.

ἐλαχει

Prodit foenū & virescit, donec demetatur.

ταυταρ

κόσμη.

Oues

PROVERBIA.

Oves habes quæ vestiant te & hircos,
quibus venditis, sumptus pares in agricultura
faciendos.

Lac caprarum suppeditabit victum tibi
& familiæ, & ancillis tuis.

CA. XXVIII

I.
F Vgit impius, tametsi nemo psequatur.
Iusti vero, perinde ac leo confidunt.

II.

*Imperia sepe mutari
calamitosum
est, mutantur autem* Propter peccata populorum fit, vt aliq
subinde imperent.

propter peccata populi. At propter cordatos homines proroga-
bitur imperium.

III.

*Facta Dei
paenas &
beneficia
non confyde-
rant impij* Vir pauper qui pauperes iniuria adficit,
perinde facit atq; imber putrafaciens &
corrumpens segetem.

III.

*paenas &
beneficia
non confyde-
rant impij* Impios prædicant, hi qui legem deserunt,
Contra succensent eis, hi qui legem seruât.

V.

*paenas &
beneficia
non confyde-
rant impij* Mali non intelligunt iudicium,
Verum qui deum quærunt, omnia intelligunt
Melius

SALOMONIS.

VI.

Melius habebit pauper probus, quam diues improbus.

VII.

Prudens est qui legem seruat,
Helluo vero patrem confundit.

VIII.

Qui opes suas scenore auget, & immodi Male pat-
eo quaestu, coaceruat vt in inopes effundat. tum dila-
bitur.

IX.

Qui recusat regem audire, illius praeca-
tio etiam est abominabilis.

X.

Qui rectos seducit, in foueam incidet,
Et probis bona euenient.

XI.

Diues sapere sibi videtur.
At pauper prudens explorat eum.

XII.

Res secundae iustorum magnam gloriam Cum iusti
pariunt. florent, be-
Cum vero euehantur impij, commutantur ne habent
res hominum. respub. Co-
tra pessum

XIII.

Qui celat sua flagitia, male habebit.
Qui vero confitetur, & deserit, is miseri- impij im-
cordiam consequetur. perant.

Beatus

PROVERBIA.

XIII.

Præconiū Beatus est qui semper pauidus est,
timoris dei Duri ruent in mala.

XV.

Tyranni Ceu leo rugiens ac esuriens vrsus,
εἰκώμ. Est princeps impius pauperi populo.

XVI.

Si princeps imprudens fuerit, multæ
fient iniuriæ.

At si oderit iniuriam, diu imperabit.

XVII.

Qui iniuriam facit, ad sepulchrum vsq; pro
fugus erit.

Nec quisquam sustentabit eum.

XVIII.

Probi, salui erunt,

Qui vero vias suas peruertit, semel corruet

XIX.

præcipitur Qui exercet agrum suum, faciabitur pane,
labor. At qui ocio indulget, egebit.

Benedicti- XX.

one diuina Viro fideli valde benedicetur,

ditescimus Et veloces ad diuitias parandas non
erunt innocentes.

XXI.

Spektare personam non est bonum,

Nam & propter frustū panis illi peccant.

Qui pro

SALOMONIS.

XXII.

Qui properat vt ditescat, & inuidet alijs,
nescit egestatem sibi impendere.

XXIII.

Qui arguit hominem, postremo gratior
erit ad sententiam.

Veritas tā
dē uincit,
& probatur.

XXIII.

Qui depredatur parentes, & negat id esse
peccatum, is focius est homicidæ.

XXV.

Superbus excitat lites,
At qui fidit Deo, pinguescet.

Qui nō ce-
dunt, sere
auctores
sunt mag-
norū mo-
tū & tu-
multuum.

XXVI.

Qui confidit suo corde, desipit,
At qui sapienter ambulat, bene habebit
Desipere, est nostris consilijs fidere.

XXVII.

Qui pauperi dat, is non egebit.

Maledicetur autem auertenti oculos suos.

Præcipit
largiri egē-
tibus.

XXVIII.

Cum euehantur impij, absconduntur ho-
mines, Et cum perierint impij, iusti bene
habebunt.

CAP. XXIX

G

Qui

PROVERBIA.

I.

Sicut pharaon cum corrigi nollet, perijt. **Q**ui aduersus increpationes duræ ceruice est, subito peribit. Nec mederi ei quisquam poterit.

II.

Cum florent iusti, populus bene habet,
Cum dominantur impij, luget populus.

III.

Qui diligit sapientiam, gaudio adficit patrem suum.

Scortator autem perdet opes.

III.

Iuste iudicando imperia constabiliuntur. **I**udicio rex ditionem firmam facit,
Qui donis capitur, euertit eam.

V.

Impij principes contemnunt ius. **Q**ui adsentatur proximo, insidiatur ei.
Irretitur peccato suo malus.

Iustus autem gloriabitur, & gaudebit.

VI.

Pij placant deum rebus publicis, sicut adparet in Nahaman. **C**ognoscit iustus pauperum causas,
Impius non aduertit animum ad disjudicandum.

VII.

Subfannatores ciuitati exitio sunt, At sapientes inde pœnam auertunt.

VIII.

homine nihil iniusti. **S**i sapiens litigarit cum stulto, siue irascatur, siue rideat, placari stultus non potest.

Viri

SALOMONIS.

IX.

Viri sanguinaris oderunt probum.
Rectis autem vita eius curæ est.

X.

Totum spiritum suum effundit stultus,
At sapiens tandem cohibet se.

XI.

Si princeps delectatur mendacio,
Impios tandem ministros habet.

Qualis præ
ceps, tales
convictores

XII.

Pauperem foenerator obuium habet,
Deus vtriusque animum moderatur.
Non potest foenerator seuire, nisi permittat Deus.

XIII.

Sedes regis qui vere iudicat pauperes,
perpetuo fortunata erit.

XIII.

Virga & obiurgatio adfert sapientiam,
At puer qui non cohercetur, pudefacit
matrem suam.

precipitur
παιδεία =
γαστήρ

XV.

Cum florent impij, scelera multa fiunt,
Sed spectantibus iustis ruent,

XVI.

Si castigaueris filium, iucundus erit tibi,
& adfert animæ tuæ delicias.

G ij Cum

PROVERBIA

XVII.

Cum deest prophetia perit populus,
& qui legem custodiunt, bene habebunt
Si uerbum Dei non doceatur, neesse est male ha-
bere res humanas.

XVIII.

Impij con-
tēnunt uer-
bum Dei.
Serui non emendantur uerbis. Nam ta-
metſi intelligant, contemnunt tamen.

XIX.

Melius de stulto speres, quam de homi-
ne præcipite.

XX.

Si a puero seruus delicate tractatus fue-
rit, dominari postea uolet.

XXI.

Iracundus homo lites excitat,
& sæpe peccat.

XXII.

Superbia deſicit hominem,
At humilis animus potietur gloria.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gra-
tiam.

XXIII.

Vitam suam odit, quisquis furis socius est.

Ex leuit. cap. 5. Periuurum audiet, nec indicabit.

XXIII.

Qui timet homines, ruet.

Qui fidit Deo, Subleuabitur.

XXV.

Multi principis faciem ambiunt,

At 2

SALOMONIS.

At a domino iudiciū cuiusuis proficiscitur. *Principem tibi Deus*

XXVI.

Abominantur iusti iniquos,
& abominatur impius rectam viam. *placat, tu officijs tuis frustra niteris.*

CAP. XXX.

SERMO AGVR filij Iake.

HAEC SVNT PRAE-
cepta quæ tradiderūt Lithiel
Lethiel & Ichal.

*Apparet
has senten-
tias ab alijs
quibusdam
Salomonis*

Sultissimus sum hominum, nec est pe- *libello ad-*
nes me intelligentia, nec didici sapi- *ditas esse.*
entiam, nec sanctorum scientiam cog-
nouī, Quis ascendit in cœlum ac descendit?
Quis cōprehendit ventos manu sua? Quis
conclufit aquas in vestem suam? Quis fun-
dauit fines terræ? Quod nomen est illi?
Quod nomen est filio illius? nostin?

I.

Omnis sermo Dei purgatus est, & clipe- *Preconiū*
us ijs qui fidunt eo. Ne addas sermonibus *Verbi dei*
eius, ne te obiurgat, tuq; mendax deprehē-
daris, *G iij* Duo abs

PROVERBIA

II.

Duo abs te rogavi, quæ antequam moriar queso largiari, procul a me amoue vanitatem & mendacium. Inopiam & diuitias ne dederis mihi. Dementum meum superpedita mihi, ne vbi satur fuero mentiar ac dicam, Quis est Deus? ne ve per inopiam furtum committam, polluam nomen dei mei.

III.

Ne accuses seruum apud herum suum, ne tibi conuitium facias, ac pœnas des.

III.

Hypocri-
sin generis
humani ta-
xat.

Hoc genus patri conuitium facit,
nec benedicit matri.

V.

Hoc genus videtur sibi mundum esse,
& tamen fordes suas non eluit.

VI.

Hoc genus attollit oculos suos,
& palpebras suas eleuat.

VII.

Huius generis dentes, tanquam gladij sunt, & tanquam enses molares sunt vt deuorent humiles, & inopes e medio auferant. Huic sanguisugæ multæ sunt filix, quæ clamant, Age, Age.

VIII.

SALOMONIS.

Tria hæc non saturantur, item quartum
inexplebile est.

Infernus, Vulua. Terra arefacta,
Ignis postremo inexplebilis est.

IX.

Oculum, qui patrem fastidit, & matris *Præcipit*
imperium contemnit, corui iuxta flumen *coli parent*
effodient, & vorabunt aquilæ. *tes.*

X.

Tria hæc ignoro, minime v̄o quartū teneo.

Viam aquilæ in aere.

Viam serpentis super petram.

Naui iter in flumine.

Et viam hominis erga adolescentulam,

Talis est & adulteræ via, quæ vbi perdidit
virum, os tergit, & negat se malū fecisse.

XI.

Tria perturbant terram, quartum pro
fus ferre non potest.

Si seruus imperet.

Si stultus fatur fuerit.

Si morosa nupserit.

Si ancilla fuerit hæres dominæ facta.

XII.

Quatuor minuta sunt in terra, quæ
prudentia vincunt etiam
sapientes.

PROVERBIA

Formicæ imbecille genus, & tamen in melle
se cibum sibi parant.

Cuniculi infirmum genus, qui in rupibus
habitant.

At homines magi= Locustæ, quæ quanquam non habeant regē
stratibus tamen agminatim prodeunt,

etiā parere= Arane⁹ telā texit, & habitat in regū aulis
re detre= XIII.

stant. Tria hæc probe ingrediuntur, quartū item
belle incedit.

Leo valida bestia, nec refugit vllam
belluam.

Canis venaticus firmis lumbis præditus,
Aries & Rex, cui resisti non potest.

XIII.

Cum per stulticiam effers te, & moliris ma-
lum, comprime manu os.

Nam si lac crebrius tundas, butyrum fiet.

μηδ' ἐμ
ἢ γὰρ.

Si emunxeris nares vehementius, sang-
uinem elicies.

Ita & acerbius irasci, lites excitat.

CAP. XXXI

Sermo Lamuelis regis.

HAEC SVNT PRÆCEP-
ta, quæ docuit eum mater.

Queso

SALOMONIS.

I.

Queso te fili, fili vteri mei, fili exoptatissime, ne da mulieribus opes tuas, & vias tuas, perdunt enim reges.

Ne regibus & principibus vinum des aut ficeram, ne poti obliuiscantur iuris, & de humilibus prae iudicent.

Date ficeram ad afflictis, & vinum mcestis, ut poti obliuiscantur inopiae suae & aerumnarum.

II.

Patrocinare mutis in iudicio & omnibus orphanis, patrocinare, iudica, & abiectum & inopem vindica.

III.

Probam mulierem quis inueniet?
ea praestat gemmis.

III.

Confidit ea cor mariti, & res familiaris non deficiet.

V.

Reddet ei bonum & non malum perpetuo.

VI.

Tractat lanam & linum, & voluptati ei est officium suum facere.

VII.

Perinde est atq; nauis mercatoris, ex longinquo asserens panem suum.

PROVERBIA

VIII.

Noctu surgit, & parat familiæ cibum,
& ancillis demensum.

IX.

Consyderat agrum ac emit, & vineam
suo labore plantat.

X.

Accingit lumbos adcurate, & corrobora-
rat brachia sua.

XI.

Sentit q̄ bona sit negociatio sua,
nec noctu extinguetur lucerna eius.

XII.

Manum suam admouet ad colum,
& tractat fufum.

XIII.

Manum pauperibus obfert,
& porrigit inopi.

XIII.

Non metuit domui suæ a frigore.
Nam vniuersam familiã vestit duplicibus.

XV.

Ornamenta fecit sibi,
Byssa & purpura vestit.

XVI.

Conspicius est in porta maritus eius.
vbi sedet cum senioribus regionis.

Tunicas

SALOMONIS.

XVII.

Tunicas parat & vendit, & cingulum
dat mercatori.

XVIII.

Fortitudo & decus vestit eam, & gaude-
bit etiam in posterum.

XIX.

Os aperit sapienter, & suauitas in
lingua eius est.

XX.

Speculatur statum domus suæ,
nec edit cum ignauia panem.

XXI.

Surgent eius liberi & prædicabunt eam
Maritus item laudabit eam.

XXII.

Multæ filiæ pararunt opes,
tu superas omnes.

XXIII.

Fallax venustas est, & vana est forma
Mulier timens Dei laudabitur.

XXIII.

Date ei de laboribus suis, & prædicent
eum in portis facta eius,

FINIS.

SAPIENTVM.
DICTA SA^u
PIENTVM.

Omnibus placeto
Bona res quies.
Periculosa temeritas
Quicquid promiseris facito
Amicis aduersa fortuna vtentib. idem esto
Infortunium tuum celato, ne voluptate ad
ficias inimicos.
Veritati adhæreto
Violentiam oderis
Age quæ iusta sunt
Domus curam age
Liberos tibi charissimos erudi.
A maledicentia temperato
Beneficij accepti memento
Inferiorem ne reſicias
Ne teipsum præcipites in discrimen
Temperantiam exerce.
Moribus probatus esto
Oderis calumnias
Turpia fuge
Voluptati tempera
A iure iurando abſtine

Pietatem

DICTA

Pietatem sectare
 Laudato honesta
 A vitijs abstine
 Beneficium repende
 Supplicibus misericors esto
 Liberos institue. Litem oderis.
 Sapientum vtere consuetudine.
 Bonos in precio habeto.
 Audi quæ ad te pertinent
 Probrum fugito. Responde in tempore
 Ea facito, quorum non possit pœnitere.
 Ne cui inuideas.
 Quod iustum est imitare.
 Bene meritos honora.
 Spes foue. Calumniam oderis.
 Affabilis esto.
 Cum erraris, muta consilium.
 Diutinam amicitiam custodi.
 Omnibus teipsum præbe.
 Concordiam sectare.
 Magistratus metue.
 Ne loquaris ad gratiam.
 Ne tempori credideris.
 Teipsum ne negligas.
 Seniozem reuerere.
 Mortem oppete pro patria.
 Ne quauis de re doleas.

Ex inges

SAPIENTVM.

Quæ feceris parentibus, eadem a liberis expecta.

Ante omnia venerare numen

Inter amicos ne fueris iudex

Ne contende cum parentibus, etiam si iusta dixeris.

Infortunatum ne irriferis.

Ne lingua præcurrat mentem

Quæ fieri non possunt, ne concupiscas.

Vxorem ducito ex æqualibus, ne si ex ditioribus duxeris, dominos tibi pares, non affines.

Lipsiæ per Nicolaam Fabrum.

M. D. XXXI.

A 2099147
Och 66478693

Spiegel. 12. 1. 1. 1.

Mirliche begl. 2. 1. 1. 1.











